perdita victoria. Ad rem q̄ Articulū illū nūc reputabo Christianū et ob hoc
Grego: Atrim: 28. dīst. 2. repul. neq; actum fuit inter nos an possit dari opus
indifferens . vel an omnis vita infidelū sit pctm. vel similia que hunc respiciunt
articulū . Unde q̄ palliando errores Hussiticos innuit aliquido sinistre verba
intelligi. sicut dīo Ch̄fo euenerit. que rogo compatio lucis ad Belial. Joans
Dñs in hoc compat Ch̄isto non paſſus quo ad veritatis ſugillationē in pte
admittam me compare ſacra concilia ſacris ſcripturis. In quib; utrīc̄q; eſt inſ
dubitata et inſalibilis veritas. Nullum eſt Ch̄iſtanū mouere debet et q̄ dīs
cit Consilia eſſe hoies et ita creatureſ et ſic peccare poſe. nam ſi errat. vt fuit
Consiliū Ephesinū a Leone credo papa d̄matiū ut Ariminiſe. aquilgranē
ſt. tunc non ſunt Consilia ſed cōcilia bula. Unde potius hoc cōſtantissima fide
tenere debemus quidquid concilia legitime congregata in hiſ que ſunt fidei
determinauerint et diſſinuerint eſſe certiſſimum. Sic eī Ch̄iſtus manet noſ
biſcum uſq; ad conſumationē ſeculi . Et ſi duo congreſſuſ: in nomine meo. pre-
rancidū eſt q̄ hoies ſunt in concilio et ita errare poſſunt. nam et ſi ut homines
deſectiſiles ſint. verū in consiliū legitime congregati. non humano ſenſu. ſed
ſpū dūlmo. vt ſar p̄bata ſint que conciliū p̄baut. et non ſunt p̄ culuſq; ſingu-
laritatem vel capitolitatē ulterius diſciplina. ſed captiuare debemus intellectū
in obſequium fidei. Quare mihi q̄ teptum negaturus Siculum coſentatoře
admittit Panormitanum.

¶ Sic quod poſtemo adduxit ex verbis apostoli patet . de fundamēto ſemp
dixi hoc eſſe de oīm catholicoꝝ ſententia Ch̄iſtū eſſe caput ecclie. Ille eīm eſt
principalis dīs. Sed q̄ Petruſ constituit vicerāt. et potestatē ei ſuper tota
ecclie contulit. vbi ſi. Leo can: ita dīs. 21. dīſt: teſtatur. Et mihi plurimū q̄
reliquo teptu ſancti Leo: reuerend⁹ pater arripit ibi vnam glossam teptu ſriam
Immo eīm conſerit Ch̄iſto aſcendentia ad celos vt loco ſui p̄ſtitueret hic vias
rium caput. ad quod eſſet recursus in dubijs. et alij casibus emergentib; ne
tota Ch̄iſti ecclie eſſet vnum cōfufum chaos Anaragoſcū. Iſtam ſentenſ
tiam tota tenet ecclie . ſicut eſt in reſpoſorio quo ecclie de ſancto Petro
vitetur Tu es Paſtor ouium p̄nceps apoloſorū. Tibi tradiſt deus omnia
regna mundi . ita oramus in ecclie . in mo diuinus Franciſcus ſigillis ſtig-
matū approbatuſ fratres ſuos et totum oīhem terrarū docuit obediri ſummo
Pontifici. et in regula hoc precepit. Ideo de eo canit ecclie Franciſ: vñ caſ
tholicoꝝ et totus apoloſicus. tenere fidem Roma: ecclie docuit. Ita pluri-
mi ſummi pontifices ita ſacra concilia diſſinuerūt. que breuitatis ſtudio non
adduco. Plurime quoq; ſanctoꝝ patrū ſententie idem ſonant et approbant.
Que omnia ſuo tpe cum videro reuerendi patris tractatū ſuper hoc negatio-
adducere nō negligam. Si tamen priuatus Roma: pontificis tñ ſuri ſuinit
humano et elevanti conſenſu populi. unde tunc reuerendi patris mendicitat⁹
preuilegi⁹: unde iſte religioſis habituſ: unde potefas 2ceſſiones audiēt p̄ ſe-
dicandi cum alijs innumeris preuilegijs quibus a ſede apoloſica obruiuntur.
epiſcopts. Archiepiſcopts et curatiſ frequenter ſdicentibus: Qui tamen ut filij
obedientiſ Ro: pontificē audiūt et in eo Ch̄iſt. vt ſic p̄ patiētē bonum vitam
adiſpiciant eternā. Hec breuia volui adiūcere in pſtu diſputatiōnē negotio. quās
tum tempus dediſt plura altoquin allaturuſ niſi fastidium me abſterret et
illuſtratiſ: p̄uicpis iuſſus.

Abar: Luttherus:

¶ Duo mſhi incumbunt agencia. Primiſ respondendū conſutatiōnibus eges
d.d. Secundo pro couenionis pacto opponeſu eidem. Et quia iam triduo
repondi tempusque conſumptum eſt. vt nec vnum poſſim expiere . Dico
breuerſ.

¶ Quod offia inducta p egred: d. d. copiosissime quidē sunt dicta : sed prorsus nihil ad scopū . cum iam per tres dies p misericordia dñi ure acturū se contra me , nec adhuc audiuta est vna auctoritas diuinī iuris p ieter illam Matth: 16. Quā omnes audiūm? q̄ varie tractet a sanctis patrib: et q̄ maior pars . corūq; sa- nior sententia pro me stet . Unum ipse locum Augusti: et alteram Ambro: p se adduxit . cetera offia fuerunt vocabula Pelagij . Anacleti . eorum qui iura bus manuā conscripserūt . Cyprianus vero fere totus mecum sentit quod cōmitto iudicio prudentis lecto:is . Similiter et clariss: tex: Hiero: ad Euagriū et sup Titum . Deinde Grego: in registro p senas ferme epistles . Post hec histone et usus orientalis ecclesie . neq; em quidē facit ad rem quod d. d. schis: Grecos allegauit . Nestor: iū et ceteros . non erant illi ecclesie orientalis . possum et ego latinam ecclesiam sic describere p pelagios . Manicheos . Iouinianos . Vigiliānianos . Heipidia: et similia monstra . sed absit ut ppter paucos malos et schis: maticos totam aliquē ecclesiam schismatica appellem . Cetera non potero ples qui Et reseruo mihi pincipiū art: Johannis Hus michi obiectos et inter eos nouissimū de humana acerbis ad calamū et papyrā et cetera offia que has bebā opponere . vt que hic facere non possum exclusis spaciis prestem p scripturā . voloq; in hoc cedere et obedire Illustriſſimū pincipiū studioꝝ patroni cles: mētiss: iussis de q̄ vos dños Notarios requiro et audatores in testimoniu m voco .

Die septima Julij anno. i 5 19. mane hora septima. Eccius.

¶ Quia reuerend⁹ pater heri horā habuisset r̄sidēndi ad nostra vt sic illustriss: p̄ncipis iussa fulssemus executi ubi r̄sidēndō plurimū p verbum transeat ap̄pellauit ad calamū . tamē delibera:tiōe habita . proposuit se iam plenius respōs: surū . Cui ego non diffensi p veritatis amore et elucidatione . Admetor quo res uerend⁹ pater magno beato auider corā tot doctis viris inronare . q̄ dixerim me p̄baturnm de iure diuino Monarchiā et primatum in ecclesia . cum tamen solum allegauerim dicta s. patrum . decreta pontificiū . cum tamen adduxerim ei ius diuinū Matth: 6. de promissiōe edificationis supra petram . q̄ Christus sp̄aliter rogauit p fide Petri . q̄ sp̄aliter et pmissit vt confirmaret fratres . q̄ sp̄as liter et cōmisit in p̄senzia Johannis et Iocobi ut pasceret oves tris⁹ vīcibus . et hoc ius diuinū tra esse intelligendū . tunc adduxi sancti patres . suffos ponitis et martyres . consensum conciliō et omniū viuenteratū . quare ex iure diuino p̄batum est esse primari in ecclesia dei nisi q̄ reuerend⁹ pater intelligentiā suā pponit intellectū tot sanctorū patrū . summo p pontificiū . et sacri consiliū . cum laudabile Cōstantiense consilii talē articulū inter pestilētis Johani Hus dānauerit . Ad qd̄ reue: pater si let . si vult afferre meliora p veritate elucidatiōe qd̄ heri potuisset fecisse iuxta illustriss: p̄ncipitū . sum paratus audire . eo pacto q̄ dum fungit officio r̄sidēntis . iam in fine actus non trāferat se callide ad psonā opponentis . sed quecunq; oppositus sit contra istam inelutibilem veritatem . paratus sum his adductis r̄sidēre et ea diluere . de quo p̄testor .

A Bartinius.

¶ Cum heri statutū esset noīe illustriss: p̄ncipitū nosrī vt materia ista consummareret eo die . et egred: d. d. maiore p̄ tgis sine necessitate et odiosi⁹ q̄ deces bat hoc splendidū auditōrū . cōsumpserit mīhi p triduana r̄sūlōne vñca fuit reliqua horula . qua tante farragini sue r̄siderem simul et opponerem . Placuit postea gratiō affectu eidē illustriss: p̄ncipiū info . vt copia daret mīhi et r̄sides dieret opponēdi . de quo grās ago illustrissime grē sue q̄ maximas . Ideoq; ad p̄posū veniendo anteq; ceprā vēsternā r̄sūlōne p̄linuēm . p̄imo bāc matut

lma nebula d.d. Ecclesiis dispellat. Ubi more suo satis odiose et semper obsecrit huius
sticas punitates non obstante quod toties me expurgauerim. ideoque paulum probabor
Germanice quod intelligam me pessime audire apud vulgum.

¶ Declarabat autem se non impugnare nec Christiane a quoque impugnari posse
primatum et obedientia Romae ecclesie. vero eo praeterea esse ut declarare se oporteat.
Eius primatum non esse de iure divino. sicut neque singulatim praeferetur apud Germanos
nos in probari posse. Quoniam in sacra scriptura non fundatur. Quoniam dicitur. Ecclesiis dicitur
verum esse eam esse proclamata apud primatum Ecclesiis Romae sit de iure divino quod in
probare constat esse busitatem. et articulam a Constantiensi concilio condemnatum. esseque
dolendum si Christianorum corda tam frigida essent ut nemo hoc defenderet. post
hoc cepit d. Marcellinus prosequi.

¶ Quod ergo inducit hanc auctoritatem Matth. 16. contendens ibi primatum pro
missum esse. satis respodium est in precedentibus. q.d. egredit. vix duos auctores
habent et eosdem ambiguos in suam sententiam. cum tamen maior pars statuat
Petrus ibi fuisse persona omni apostoloy et fidelium. quod et ipse textus propria sua viget.
dui Christi interrogat omnes et non solum Petrum dicentes. Vos autem quid me esse dicitis.
et ibi Petrus os apostolorum et Christostolat et persona apostolorum. ut Hieronimus dicit
et Beda et Augustini Ambrosius responderet pro officiis. Ideo dixi nihil probari ex
hac auctoritate de primatu. Item quod textus ipse non dicit sic. Tu es petrus et
super te. sed super hanc petram manifeste indicatis petram aliam a qua Petrus dicitur sit.
Proinde cum sint vulgariter tuta et ipsa Roma: pontifices testantur interpretationem
scripturae magis valere apud doctores quam apud se ipsos. in causis vero descinduntur.

¶ De articulo illo Hussitico dixi satis hereticus quod nondum probatum est (dedit secus.
cum esse hereticus. hoc pro respondione matutina. Bedeundo ad hystoriam quando
egredit d.d. scilicet loco opposuit depositum Christostomum ideo factam illegitimi
me. quod odio impatriatus facta sit. nego consequentiam. non ideo potestas ordinatur
et deponendi per sacramentum Nicenam concilium statuta fuit illegitima. quod casu forte
habuit malum usum. Nam in eadem etiam historia scribitur quod Roma: pontificis
victor: martyr voluit assidue episcopos excōmunicare. at illi rursus tanquam suppositi
res mandauerunt silentium et ut ecclesiam non perturbaret iusserunt libro. 5.
Ecclesiastice histo: Sed et Hyrcanus Lugdunensis Gallie episcopus eundem
Romae episcopum coercuit. et erant tunc tempore in Grecia Epiphanius et
leberrime laudatus a Hieronymo: Gregorio Nazianzeno Christianissimi viri,
non tamen sub Romam pontifice unquam fuerunt. sed iuxta Nicenam concilium status
ta ab episcopis provinciarum ordinabantur. Quod vero. egreditur d.d. inducit
Julium primatum excōmunicasse Arcadium Imperatorem nihil facit ad rem
nam et Bonifacius octauus est et regem Francorum velle et sede ejuscere. non
probatur ius esse quidquid Roma: pontifices pro humana fragilitate quan
doque tentarunt. Nec mirum est sanctos istos viros ambitionis tentatione
veratos fuisse. quando plus quam semel sanctissimi apostoli etiam patre Christo
laboraverunt eadem. Quod dicit episcopo Hierosolymitano: datam honoris prieros
gattiam recte dicit. sed non probat primatum Romas pontificis saltem iure divino
esse. Etiam ibi optime dicit egredit d.d. quod sexta Synodus dedit Romam
ecclesie primatum. non autem precedentes Synodi hoc enim quod volui. quod
synodis statutis et humano iure consensu fiducium Christi. cui non licet res
sistere datae sit iste primatus. Quod et diuinus Gregorius in registro in hac
verba dicit. Secundus quod veneranda synodus Calcedonesi hunc apostolicę sedē
obtulit primatum et tamen nullus predecessor meorum unquam presupererit ac
ceprare. Proinde nihil facit quod egreditur d.d. dicit Gregorius non reiecerisse pri
matum sed afferuisse. Legat plus lector: epistolas Gregorii et inuenit Gregorius
probabilissime primatum et iconemicum pontificatum non vendicasse. ut ex supra
relatis dicitur. satis probandum.

¶ Ad auctoritatē Augusti: ad Innocentii Romā: pontificem et huius ad illum
Respondet lector: utrūque verba et iudicet an ne egrē: d.d. nouas signis
ficationes vocabulis imponit.

¶ De. zz. annis ecclesie ante Romā dixit cū Petro fuisse translatū prima s
tum ad Romā. forte volens hoc puerulum. vbi papa ibi Romā. Respondet
pbandus erat p̄matus qui transferret non translatio quā libens cōcedo.

¶ Induxit etiā auctoritatē Augusti: cōtra Dantib: quā suspicor esse. z. libro
doctrine Christiane c.8. q̄ in re dubia ad certitudinem fidet valeat auctoritas
ecclesie catholice que ab ipsis Apkōrū sedibus succedentiū sibi met et episcopos
poz serie et populi cōsensu firmat R̄bil de Romā: ecclesia loquimur. sed vnis
uersat et pro me facit contra d. doctorem. Quia successōes diuersariū sedium
apostolitac̄. sibi met et consensu populi describit Augusti: non aut̄ confirmata
tionē aliarum sedium per vnam sedem. Nunc ad rem ipsam.

¶ De auctoritate Dathra. Tu es Petrus et ad inducitos auctores dicit me
non respondisse. q̄d cōmitto vobis auditōrū et lectōrū an verum sit. Aug:
in rerracte: relinquente electionē lectori super duab̄ sententias eiusdem auctor
itatis opposuit dicens se ambas amplecti sententias. quod mihi placet et sic
nihil contra me probat.

¶ Secunda auctoritas diutni iuris a dissatione sua inducta. est hec. Pasce oves
meas Johannis vlt̄: et gaudeo tandem post tres dies aliquādo audiī vnam
auctoritatē diutni iuris quo firmissime nitā eius sententia. s̄ videam⁹ et sp̄m.

¶ Tertiū ista auctoritas videretur intelligi dupliciter. Uno per verbum diligere
ad q̄d est sibi ipsi fidere et quidvis licere. et per verbum Pascerē idem q̄d p̄mū
esse et regnare. et sic erit sensus. Petre si diligis me. s̄. si tua quesceris et omnia
sacerdis que adulato: tib⁹ tuis placent. Pasce oves meas. s̄. esto p̄imus et dñs
om̄. hunc sensum non habeo in meo codice. Alto modo si diligis me. s̄. abne
gas tēplum. si ponis animā tuam pro me. si etiam omnē dignitatē responderis
et nihil nisi me dilereris. vt egregie exponit Augustini eodem loco. Pasce oves
meas. s̄. doce. predica verbum. exhortare. ora. bono exemplo p̄cede. nam ver
bum grecū hoc loco non simpliciter regere et pascerē facit. sed suauiter et mol
liter curare. et officia sacerdotē ne quid defit ostebet hunc sensum credo esse Euā
gelicū. Proinde rogo. d. d. Eccl: vt mecum roger dominū Ihesum Christum
quo velit inspirare non solum summo sed etiā omnib: pontificib: vt hec verba
eredant ad se p̄tinere. non est dubium quin totus orbis obuijs manus et p̄
fusis lachrymis sit exceptur⁹ talem virum. qui scđm hec verba se gerere vellet.
Proinde si egerit. d. d. textum diligenter inspiciat. non ius tib⁹ p̄ceditur et prius
legium vt putatur. sed preceptū imponit. et labor hodie intolerabilis inimigis.
et officium demandat et qui de facto est vel in primo vel in medio loco cōstitu
tus. et non p̄imum constitutus. q̄ si virgeat officium non posse administrari nisi
p̄imum locus potestat habeatur. placet. sed tunc alio modo struendus est
iste locus. hic hoc verbum non nisi officium cōmendat. Proinde recte fecerunt
p̄fes sancti qui hunc locū ad officia p̄tinere dicunt. nam hoc nemo potest negare.
¶ Petro hic sicut cōm̄itit officia oves q̄ ipse non officia pauit. vt b. Augusti: di
cit et actuū liber euidenter demonstrat. et sic Ch̄ro inobediens fuit. Nec potest
dici q̄līcet p̄ se non pauerit tamen q̄ altos subordinatos P̄lmū ut donem⁹ q̄
possim⁹ reddere nō esse dīcū Petro. pasce p̄ alium. sed ipsi met in p̄sona ipsa
pasce tu. tamen hoc p̄uincit q̄d nec apostolus vñius nec Paulus saltem a Pe
tro sunt subordinati. qui multo plures oves pauerunt q̄d Petrus. ideo verbi
intelligēntia ex tota scriptura et circumstantia rerum gestarum petenda est. q̄
hec auctoritas non ad solum Petrum pertinet. aut non ad officia oves.

¶ Tertio si persista verba p̄babitur primarius incertus et nullus erit primat⁹.
q̄nō ponit primatus nisi sub cōdictione dilectionis. nec enim oportet scripturā

disperere in diversas ytes. sed magis continuare. Ideo quod cum sit incertum quis
diligat Christum. Incertus quoque est nobis quis sit pastor noster. Et si et non est
necessaria dilectio. nec nobis necessarii erit agnoscere pastorem. Beatus ergo
dicit quod hoc verbū sit preceptū datum vniuersis prelatis ecclesie ut contemptus
dimitijs. dignitate. etiam ipso primatu tandem vita et morte fesse impendant pro
omnibus Christi quis est hic et laudabilis eum. Transeo ea que ex Chrysostomo
attulit de vertice collegij et quod Petro tradita sit presidencia orbis terrarum quod
omnia concedo. quod sit primus in honore sed non solus in administratione saltem.
¶ De easu Petri Salas. 2. Ubi steru egre: d. d. odiosus mishi ars (lure diuino.
ticulus Hussiticā obiectit. Nulla esse dominū spūalem. vt ciuilis qui sit in pto
mortali. Si dicerem Petrum ideo non esse prelatum quod peccasset mortaliter.
Rideo hoc non agebatur et ad Rhombū est ista disputatio. scio et optime scio
quod prelatus malus non sit reprehendens. Ideo et ego damno Hussiticū articulū.
Sed hec voluit quod Petrus quando in causa fidei prebuit scandalū. si non
fusses emendatus per Paulū merito debuit amoueri a prelatura. nam hereticus
pastor aut is qui simulat in periculū fidei grauster peccat. Nam bac simulatis
one Petri funditus per Iustam fidem Christi. ut Paulus dicit. ideo potius fuisse
faciendū. nisi emendatus fuisse Petrus. ut Petrus per nullum haberet nedium per
sum: pontifice. peccatum mortale nocet persone proprie. sed heresis nocet persone cons
muni et cōmunicari. Ideo gratias ago d. d. quod saltem hoc didici ex hac dispu
tatione quod edificare super petram. facta sub esse prelato sine bono sine malo. Nam
hanc factione edificationis et petri fateor prius ignorata. quod dixit etiam si ces
cidisset Petrus: mortaliter adhuc mansisset petra. Lprimus et prelatus.
¶ Quod dicit olim episcopos non fuisse confirmatos nisi prestita scheda fidei
admitto. sum contentus. verum nihil ad Ius diuinū. nihil enim derogat pontifici
quidquid tribuit ei. ¶ Post hec adduxit Nicolaus Cusanus et excusauit Anas
cletum s. vitrum quod non finierit et necessaria tanta scientia. tam sancto viro fateor.
Uerum tamen summo ponti: siue sancto siue non sancto turpe est Euangelia
ignorare. cum sit pastor omnium et docto: Euangeli. cum autem Lephe interpretetur
per Iohannem Euangelistā. c. i. dicentem. Tu es Simon tu vocaberis Lephe.
quod interpretatur Petrus. quando ergo filius tonitruis sic sonat. qui nouit omnes
linguis. merito debet tacere vanitas terreni sumi. siue sit Nicolaus Cusanus
Chaldeus. vt Hebreus. non quod respondeat egregio d. d. qui dicit: Petrus idem
valere sicut caput domus Chaldaeorum auctor suo Cusano. sed quod laudem in
patriotū disputatorē quoniam audeat se cōmittere in barenam theolo: nec tantū pīus
in Euāgelio studuerit. ut primū caput in Iohāne legit Euāgelistā. Sicut no
hī in lib: suo quid est Lephe. quod ignoscet legat tū cap. i. ad Corinzi. et inueniet.
¶ Ultimū de articulis Bohemorum vult iudicare. Ille enim nunc dissistat me sugilla:
re. et ego de eis transeo nihil dicens nisi quod Gregorius: Ariminē: dist: z 8. reprobatur
ab egred: d. d. ego a xpbo. est enim totus alius nihil quod Augustinus: et divina scrip
tura quidem omnibus docto: ibi schola stetit. tum maxime Aristoteles. sed non
dum ab illo cōfutatus est. Consentio cum d. docto: quod concilioꝝ statuta in hī
que sunt fidei. sunt omni modo amplectenda hoc solum nihil reservo. quod et
reservandum est. conciliū aliquādo errasse et aliquādo posse errare. P̄sertim in hī que
non sunt fidei. nec habet conciliū auctoritatē nouox articulox condendoꝝ in
fide. alioquin totādem habebimus articulos quoniam hominīs opiniones.
¶ Quod in fine sancti Francisci incūxit debere nos summo ponti: obedire.
mihi per quod dixit. Item transeo istas criminationes de fratribus mendicantib⁹
misericordie etiam habitus crucis egred: d. d. Ego per mea sententias p̄nuicio vel
lem me esse nullū ordinem mendicantis. Ecce hec habui que responderem ad
objectiones egred: d. d. super positione. 13. quare nūc finita r̄fisione. restat ut et ego
moueam aduersus egred: d. d. que me mouent.

Hic intonuit Ecclis se oblectis velle respondere quasi et ipse respondes fu-
esser. Sic dicit Darshoc pacto nunc finienda disputatione. accusans Ecclianam
petulantiam. que solet singula etia verba auctorari. contigit prius virgula divisa
na ut clementissimus Seorg: interesset cuius nutu et pio sceptro concessum est
Hartino impetrare Ecclianam ptoem que contraria est huic lami discusse.

Martinus.

Contra sententia Egregii d.d. videtur id militare quod satis fortiter transilij
In cōfutando et scribitur prime. 3. Corint: vbi Paulus derabens psonam ois
bus apostolis dicit. Quid est Apollo: quid Paulus: quid Cephe: minister p
quos creditistis. vbi Paulus prorsus vult tollere occasione ptentioē et schismatis.
negat vlam eccliam ad viliū apostolorū ptnere sed esse omnia omib;
communia. vnde in fine. 3. ca. dicit. Omnia vestra sive Cephe. sive Apollo. sive
Paulus. vos aut̄ Christi. Nec valet enatio qua dicitur eos non de principali
itate sed singularitate psonarū cōtendisse. cum manifestus textus sit. qd de digs
nitaribus psonarū pnterunt. qd alij preferebāt omib; Petru. alij Paulū.
alij Apollo alij vero solum Christum. Confirmat per illud Galat. 2. vbi simili
contentione seducti Salate ppter punitatē Petri cōmendatam Paulum et
doctrinā eius velut indignorē reliquerunt. contra que longo textu probat nis
bil ad rem ptnere Petri maiestatē vt aliorū apostolorū dicens se neq; ab hoie
neq; p hominēesse missum ad eos. nec vidisse quidē Petru. nec dīdicisse ab eo.
sed omnia sine Petro habuisse et tradidisse. Si ergo auctoritas Petri fuit ne-
cessaria et ius diuinū. erit Paulus in hoc loco manifeste impius et blasphem⁹.
Ut qui nolit etiam a deo p hominē misti viderit. et proiis reūgit auctoritatem
petri. Tertio et infra clariss. vbi dicit mibi qui videbant nihil cōulerūt et qua
les aliquādo fuerint nihil mea referit. Deus enim psonā hominē non accipit.
Ecce hic clare dicit qd qualitas petri et aliorū apostolorū nihil sua referat. quod
estet imp̄issimū dicere. si qualitas Petri iure diuino fuisse fernanda. Eadem
simplicitate dicere. De psonā hois nō accipit. cū ius diuinū. et ea que sunt iuris
diuini etiā sub eterne maledictiōē pena p̄cipiat. Quare videt primat⁹ iste et mas-
lestas vel quocūq; nomine censem Petri psona seu q̄litas nō statui iure diuino.

Eccius.

Dum reverendus pater contra me inducit tres beatis Pauli auctoritates;
ducum ab aduersariis sedes apostolice ventilaratas. et per apostolice sedis de-
sensores enodatas. facile ei respondeo annecendo malos fucos quibus dog-
ma suum nititur palliare. et hominibus os et oculos oblinire. Dico primum.
De non transilij sicut imponti locum apostoli prima ad Corint: 3. qd
ipse false adduxerit eum Paulo et Appollo Cepham. qd textus ab initio non
habet. sed in fine meminit Cephe. sed statim glossa interlinearis facetur cum
maiore omib;. Non ergo suo capite sed sanctoz accipiat sacram scrip: reuerē:
pater. Et dico solutionem datā fuisse optimā et infringibile et fucus reuerend
patris quo simplicib; illudit nihil facit. testis est b. Hiero: lib: 1: 2tra Ioulinis
anū Col. 1. g. mibi. vb expresse dicit supra Petru edificatā eccliam. ibi sc̄rit
transilij reuerend: pater et nihil dicit. et infra. vt capite cōstituto schismatis rōls
leretur occasio. ergo qd apostolus Paulus voluit cauere schismata. p̄tentides
qd hoc p̄matū capitis non abstulit. qd schismata melius tolli non possunt. nisi
per caput. Unde nec verbum facit nec apex ad p̄postū de negatōē p̄matus.
quare false auspicatus est hodie me vix duos adduxisse sanctos patres et eos
ambiguo. cum certos et indubios adduxerim Augusti: Ambro: Hiero:
Chrysostoz: Leonē. Bernbar: et. Quod aut̄ laudat me amplecti ambas Aug:
sententias libri. retract: c. 21. Et affirmat seipsum facere idem.

Qd vero sc̄do loco inducit Paulū ad Galatas quasi ille scripsit p̄tra petru
volens Galatas cōfirmare in fide et toto ibi p̄cessu ostdat se quale fuisse petro

Flegauſt. d.
D̄arad se fe-
cisse ut supra
prefiat⁹ est

et alij. qd non ab hoie. neq; p; hoile accepert. Deo qd si renerent p; tam dñs
gens esset veritatis inquisitor. sicut pmittit. didicisset vera fundamēta et intellige
gentia scripturarū. vt non opus esset ita facta tanta eum intanto p; lessu dicere. se
vnū velle resistere mille. ita habet veritas et negotiū in aplatu et ordinis dignis
tate Ap̄li om̄es fuerūt equales hoc sacra scriptura. hoc s. p̄fes voluerūt: paſ
lam dicit Vlro: nō reprehendisse Petruſ ſi creter ſe imparē. Ita Anacletoſ cana
In nouo. dicit aplos inequali p̄tate dotatos. Ita Cypriana ſita et alij. Cum ergo
Paulus affuerit designatus aplus a Chro. ingenue dixit ſe non ab hoie. neq;
p; hoile accepiffe. et Jacobus et Petrus ſibi nihil cōulerunt. oia efti ita ad
aplārū referenda ſunt. Aliud vero eft de p̄tate regiminiſ et administrationis.
vbi cōcōrds eft ſcīoꝝ p̄m ſentētia. conciliū cōtra Ioannē Thū ad ipm Petruſ
huiusmodi pumatū p̄tinuisse nō ḡ recte utitur ſacre scripture testimonij. ſed
eas aliorū trahit pro ſuo arbitrio. cōtra quā ſ. ſpiritus eft lagitat. quod efti
hodie ponderabat. Paulū dixisse n̄tūl referre ad eum quales fuerint. non hoc
quod voletbat renerendus pater. ſed hoc fecit Petrum et Jacobum et ceteros
fuisse idiotas et minus peritos. anteq; cum dñs ambulaffent. et ſic deus perſo
nam non accipit. Sed inquiet ut eft cordaculus. hoc eft cōmentum Ecclānū.
legat Ambroſū eodem loco qui ſententia Pauli nō corūpens ingenue teſtā
ecclāſia fundatā: ſupra petrā quare n̄tū firmiora adduxerit. rogo ab inſtru
deſtata. Ut hodie dū diſiſem arti: eſſe Huiſſiticū obediētia ecclāſticā nō eſſe
expriſſam aueroritate ſcrip: ſacre. Eſſid breuib: articulū nō eſſe hereticū. Huiſſ
leſ punctum agere cum renerendo pater et dicere. Ite eft articulū damaſ
tis. et ipſe tener eum. Ita q; tenet articulū damaſtū et reprobatum.
¶ Item quero si articulū nō eſſe hereticus. vel eſſe temerariꝝ vel ſedicioſus. vel
offenſiuꝝ p̄taurū. vt eucū dederit ipſe pater. erit vel temerariꝝ. vel ſedicioſus.
de heretiſ ſuſpectus. plas offenſaſ. p̄ta theologicū inſtitutū. Mtrū q̄ colore
panonico oinet verba Chriſti Marth: 16. Qua Chriſus omnes interrogauerat
diſcipulos. et ita Petrū pro omib: rſiderit. quis hoc negat? Sed de ſua farina
addidit. ppteræ Petruſ pro ſe et alij aplis dicerū. Tu es pe: et ſ. b. p. qd tanq;
cōmentum Lutheranū non recipio cum ſ. patribus.

¶ De Chryſtoſ: mirū quā fecit inſuria ſancto patri. q̄ ſi legitime et ſcīm deſ
terra conciliū Ric: fuerit deſtitutus. cum exploratiſ ſit ab hiftorijs. poſt Euſ
lebiā Antiochenū credo ſchismaticū cū alijs Roma: ponti: rebellibus Chriſias
nos ep̄os fuſſe expulſos qui a prima ſede refugiuꝝ q̄rentes ab imp̄is ſchismas
uicis repulſum paſſi ſunt uſq; ad tpa theodoſuꝝ Chriſianiss: impato:is. Ubi euc
ſchismatici. 30. annis ſedē occupaſſent ſ. Grego: Nazan: Cōſtantinopoli epife
copatum accepit non ambitione. ſed ne alij ſchismatici ſuccederent.

¶ Sancꝝ bo Chryſtoſ: inſuria p̄ Epiſphaniū pulſus Aſſatio ſchismatico ſubſtit
uto Bo:pon: aucto: itate regreſſus eft. Acc valet q̄ rſiduſ p̄ ſuꝝ Bo:pon:
ſcēd ſibi adhēſores calūntia q̄ ſi de facto. nō de lufe p̄ceſſerint h̄ illos ſchismatiſ
cos. Qd nudis ſuis verbis alit et tot ſcēd ſiā a d. p̄fe cōmentatōs Bo:pon:
nō p̄fuiſſe. Ut ſine cauſa ſcēd ſiā p̄fes ante multe annos viuentes rſiduſ p̄
lā incipit ambītōi inſilare. a q̄ viſio a tot ſcēd ſiā ab oī ecclā hiti ſunt imunes.
Ita captioſuz eft et ſimplicib: illudit. qy b. Grego: noluerit ſe iſcomentū et uſem
pato: et appella: e. nā platynā tanti ſecti p̄ ſcīe. hiftorie ut dicebat ſequitꝝ veſ
titate. iam platynā. p̄ ſuo arbitrio reñit qd uſiq; exiſtimat ſibi licere.

¶ Decretū allegat p̄ ſe. ſi allegeſt respuit. et dū teſtū ap̄tiffimū etiā Leontis cana
Ira dñs. 19. dñſ: cū ſirib: habeat ſibi ſrlos. gloss: accepit. ſic p̄ci Penelopes
vt p̄ locū dīcā. cū oīa potiſ nō poterat. ancillas ſeq̄bant. Lertū eft ſcēd q̄ ſi
pont: ſcripſiſſe ſe uſles ep̄os. vt ſixtū et victor: et vt in Lalcidoneſi p̄cilio arclaz
matū fuſt Leont. viuſat Leont ſcīſ: iſcomentus p̄ ſtarcha. q̄ ſiſtū hūilitat: et Chriſ
ſofaz ſequēt̄ ſoniſt: ab eo noī ſiſtū tgarūt. melius ſe ſeruoz ſeruoz ſatentēs.

Et ne crederentur velle se tollere episcoporum auctoritatē. ut dudum ad illa fidic
sancti Thome lib. de impugna: fidei de epistola Augustini facit vobis dñs
audistouib: negotiū ut verba legatis. verba auditā fuere Innocentii ante cens
tum et mille annos dixit esse veterum more consulendum pontificē in q̄s que
sunt fidelis. Ita dictū contra Danicheos voluit reuerendus pater transplātare
In hortum suū. at hoc non faciet. si epistolā Augusti: legat. in qua non seriem
universitatis episcoporū. sed Roma: pontificū enumerat ab ipso Petro usq;
ad tempora sua. Solutionē p me dataim de. 20. annis dicit p me non probat.
acutus est disputa: or reuerendus pater hoc nondum scī debet r̄sidentem p
bare suā solutionē. semper arbitratus sum r̄sidentem offerre solutionē oppo
nentis improbandā. Debilis fuit hercules suis si alieno marte nittitur. q̄ vero
tanta labo: at impudentis. vt audeat illustriss: distinctionib: et reuerendus pater
nitatib: vestris suggestere quasi p̄sum caput Jobannis non legerim. insignis
prefecto temeritas cum puer nondum decennis demptis xp̄heris biblam totā
legerim. sed hoc nihil ad rē quantū quisq; legerit. Dicit Anna cletū defendēdo nō
usq; adeo inscitam fuisse interpretationē eius Lephebas. s. caput. non ignoras
q̄ Kephale grece caput fecit. sed quia apud Joannē quē beri videt apud Ang:
et glossam ordi: Lephe interpretatur petrus. Petrus aut̄ Cusano auctore eius
fecit caput domus. que omnia in r̄sum trudit reuerendus pater. de quo iudicēt
ordinandi iudices. At illud prestantis q̄ auctoritatē pasce oves tantis am
bagib: annoluit. solum ut hoies videntes faciat non videre. mitto q̄ tam ridet
culam attulit expositionē a se fictam. Sed ad alium eius sensum veniam. vbi
multa dicit. at ego non singularitati studens qui est mater errorum. s. p̄m ses
quatus sententia et sancte matris ecclesie accepi verbū Pasce. q̄ eum pastoriē
ibi cōstituerit et patinatū dederit v̄lis ecclesie. Ita Gregorius Chrysostomus: intel
lexerūt ita Ambro: Zuce vlt:beri p me non allegatus. ad quos pulchre preters
grediens nihil dicit reue: pater. Ut r̄sum attulit Augusti: sententiā cuiusmodi des
beat esse pastor: quē et ego admitto et credo quēlibet fidelium orare ut et summus
pon: quilibet Princeps. quilibet prelatus. quereret hono: dei et subditorum sa
lutem. q̄ hoc sit verissima pasta: p̄ quam sicut hic p̄incipiant in terris. etiam
eleuant et regnent in coelis. Quare Augusti non aduersa. non pugnans. sed
talia dicit ex quib: prelat: intelligere debet qualis sua sit instituto. Nec valet
quod reuerendus pater adduxit sub cōditione ei cōmissas oves cum nulla ibi
adhibeat cōditio. nisi sua paternitas aliud habeat euangelij q̄bego. At quas
lis debeat esse pastor significāt Chryſtus dilectionē et amo: dei a Petro ques
rit et sic eū pastoriē totius ecclesie fecit. sicut canit. s. mater ecclesia. et reuerendus
pater o:at vel legit. Tu caput ecclesie pastor: ouium r̄c. quare iure diuino has
bemus hoc loco debere prelatū diligere deum habemus Petru: constitutum
pastoriē ouium. sicut. s. Gregorius. Ambrosius et Chrysostomus: etiam grecus intel
lexerūt. Non refert p̄tenitus ratiuncula in diuersum a reuerendo patre inducta
Petru: non ostes paulisse. qđ nostro noīe agitur et nos fecisse dicimur. Sicut
Clementis. 21. vlt:dist: restatur petru: ordinasse presbyteros. episcopos et dia
conos. qui p̄ universū o:bem terrarū Euangeliū seminarent. ut legiſt in can
illis. 80. vel. 81. dist: Unde missus a principali sicut fuit. s. Paulus. non cogit
mittit ab ipsius vicario. tamen Petrus ascendit cum Tiro. ad Gala. 2. et cons
cūlit cura Petru: Euangeliū qui dederit ei dexteram societatis. Porro q̄ cus
di in me glossam nunq; a me cogitatā quasi dixerim Edificare supra petram
sit subesse Ro:p̄tēsici. o somnia. o verboꝝ portera. nunq; hoc fuit mentis mee.
Corfus em edificat eccliaz. nō bi q̄ subſūt. subditi em edificare ecclie esse debet.
¶ De Gregorio Ariminensi. cui⁹ sita mihi displiceret. ei placet. nihil iam ad ipso
sitū. Nolo ḡ in ista diuerticula descendere. sed ut accepim⁹. defendam⁹ articulm
Costā: q̄sili⁹ ēē vex. et q̄cūq; hūc ḥdixerit errare et ēstatī et honorū q̄sili⁹ ḥdicere.

Bar: Luttherus.

¶ Ante h̄ ad anchoratas a me oppositas veniam breviter discurrā que egress
d. d. de h̄sterna et h̄dierna responsione mea cōmisiuit. Ubi inter cetera tanq̄
cōsumptis omib: armis desperans. In ynl articulū Constantie: cōciliū extre
mū fidutie presidiū collocat. et odiosissime repent & inculcat quasi non abunde
satia supia ad ipsum sit r̄slum. Dicam t̄t̄ adhuc serm.

¶ Quando articulus de opib: boīm inter damnatos recensetur. et a sancto
Paulo et Augustino assert̄ deinde p Gregorū Ariminen: p omib: vniuersitas
tes vsl̄ hodie defendit nō mouebit. odiosis: inculcationib: ibi articuli donec
egred. d. d. pbauerit conciliū non posse errare. non errasse. aut erat non errare.
cum conciliū facere ius diuinū non possit. ex eo q̄ natura sua non est ius diuinū.
ideo neq̄ hereticū est nisi qd p̄r̄st̄ diuinū est. hec pro isto articulo.

¶ Quod Ch̄sostomū legitime destitutū carpit nō intellexi me. cū clare d̄t̄
rim hodie potestate ordinandi et destituendi episcopi fuisse legitimā in beato
Cypriano et Theop̄bilo quanq̄ an bene tum vsl̄ sint an male hac potestate
legitimā nihil disputauerit. Sufficit mihi q̄ alia auctoutatē Roma: pontif̄
tor sancti et celeberrimi viri Grecie catholicissimi non schismati potestatem
habuerint ordinandi et destituendi episcopos. Elevar etiam egregie q̄ antis
quos sanctos insinuauerint ambiriēs. nec attendit q̄ d̄ta etiam in apostolis
banc fragilitatē fuisse p̄ste Ch̄ristiano.

¶ Quod platynā ita nūc magnificat aduersus sanctū Grego: mea auctorita
te. sati claret cuiilibet v̄l meciocriter ingenioso qd concludat. Ego em ex plas
tyna histo:ias accipio et non amplius. q̄ aut idem Platyna rationes quāscā
adduct. responso p̄ter auctoritatē Grego: d̄nam.

¶ Jam illud transeo q̄ Sixtus. victor. scripsere se vles p̄tifices. et Leontiac
etiam t̄t̄ sit in concilio Calcidonensi. de quo hodie satis dictū est. Illud ob
scrūandū q̄ sequentes pontis dicunt egred. d. būllaratis formā in Christo sequun
tos sibi reperasse ab hoc noīe qd ego aliter intelligere nō possum quā q̄ causa
humilitatis ture diuinō derrarerint mendaces ei in obedientes facti fuerint. si
ius diuinū est. hoc est. preceptū fuisse eos vles pontifices Innocentij respons
suam epistolā ad Augustinū repeterens dicit veterem morem fuisse consuēnde
Roma: pontifices in his que sunt fidei. Optime dicit et placet preserit in la
tina ecclēsia. sed quid fidei et p̄matut̄ hoc est quid ad p̄positum?

¶ Cansatus est etiam q̄ exegit accepit ab eo p̄bationem solutionis de. 20. annis
dupliciter deficiat egred. d. primo q̄ ipse fuit opponens sc̄m̄ quatuor dies et
bac hora solum cepit esse respondens. Deinde non exegit vt p̄baret solutionē.
sed translatum primatū cum Petro.

¶ Executiens se etiam de Cephe q̄ Petrus interpretat apud Johannē adhuc
p̄sistit in eo q̄ Petrus etiam significet caput domus quasi videlicet Johānes
greci sp̄tatur⁹ Euāgeliū. nō grece sed Caldaice sit loquit⁹. ne forte intelligere
¶ Verbum pasce sic accipit vt cōstitutionē v̄l̄ pastorum fecare velit et ad hoc
Gregor: Ambrosi: Ch̄sost: h̄rt̄ non allegatos ad quos ego nihil dixerim
Dicam q̄ nūc si fui oblitus et simul opono regulā dñi Augustini. q̄ omnib:
scriptorū dicta iudicāda sunt p̄ diuinā scripturā. cutus est maior auctoutas q̄
totius generis humanae capacitas non q̄ dñm̄ illustriss: patrū sententia. sed
q̄ eos limiter qui proxime scripture accedunt. et pre omib: si aperta fuerit scrip
tura eam ipsam amplector. Cum ergo clarum sit palcare vt vocabulū et vsl̄
scripture non fecare nisi docere. curare ones. sic petrus accipit vlt: Pascite qui
in vobis est gregem. non oportet vocabulū equitacare et simplicē sensum sine
necessitate relinquere. Dissoluit etiam q̄ dixisse conditionē in verbo Ch̄risti.
Si diligis me. q̄ ego arbitrer non modo conditionē. sed et pactum esse inter
Ch̄ristū et Petrum dum ille dicit Diligis me et hic respondet. Amo te. omittit

dialectica in qua exercentur est d.d. Et cōunctionē cōditionale. Si. velle ait
dilectio quid diceret ad Decretalem de elec. c. significasti. Ubi paschalis pontifex
manifeste dicit huc conditionē esse. Si saltem adeo valer auctoritas Respons
sticis. sicut bucusq contendit. dicit enim ad sensum.

¶ At rationē mēa sic confutauit q̄ Petrus non omnes pauerit q̄ inquit q̄ nō
nomine agitur et nos fecisse dicimur. Quādū non credo per hoc d.d. voluisse
satisfactū rationē mee. cum dicere non possit Paulū nomine Petri predicasse. qui
contra ad Ro: primo apostolū se dicit pro nomine Christi. q̄ ex eo conūctio. q̄
dicit perrū auctore Clemente ordinasse episcopos. presbyteros. diaconos qui
p̄ totum orbem Euangeliū seminarent. Inter quos Paulum non numerat. sed
hoc videtur ad rem facere q̄ missus a p̄incipali non cogit mitti ab ipsius vis
earlo. Hoc admitem si fuerit primū p̄batum Petrum esse vicarium. Nūc vero
non minus Paulus est vicarius q̄ Petrus. vt iam dictum est. q̄ nōle Christus
sit apostolus et sic tot vicarij quorū apostoli.

Nūc ad propositum.

¶ Ad aucto: Ioseph Pauli p̄mte Corint. 3. p̄mū. dicit Cephe non esse de textu
ab initio. Sed in fine memorari. vbi glossa fateatur Petru maiore offib. leuis
culum hoc est. transfo. cum in principio p̄mū cap: vñlq̄ ponatur Cephe.

¶ Secundo dicit aliud nūl q̄ nec verbū nec apex de negatione p̄mū sit
in textu. et sic vñl solutā istam aucto: statē. Adicit ramē auctoritate Hierony: August: Ambro: Chiy: Bernhar: Leo: r̄. dicentū Petru esse petram. contra
que dico et replico hoc scđm dictū nūl est ad p̄positum et sup̄ satis disputatū
an Petrus sit petra. Similiter et illud non soluit q̄ dicit nullū verbum. nullum
apicem esse de negatione p̄mū. q̄ si eriam Hiero: cōstituat caput ut occasio
schis: tollatur. satis robuste ḥpugnat text⁹ apertus qui tollit caput ut occasio
schismatis tollatur. Dicit enī quid Paulus: quid Apollo: vñl solūtū Cb̄m
esse caput quo vere tollitur omne schismā nō est nisi satisfactū sic ad risiōnem.
¶ Ad auctoritatē Salatas. 2. dicit quidem apostolus omnes equales quod est
Hiero: r̄ can: In nouo. restant. Sed aliud esse potestatē regimini et admīnistratiō
stratiōis h̄t̄ tribus verbis Soluere tantā auctoritatē est mihi satis intrabile,
sed et nec intelligo quid velit quō distinguat regimē et administrationē Qd aut̄
dixit Paulū ascēdissē cū Tito ad Perrum ut cōferat Euang: cū eis. clarum
est textu precedēt et sequēt. vt et Hiero: ipse exponit. non hoc fecisse Paus
la ut consuleret Perrū super Euangeliū. qd iam plus. 14. annis fūlcarat et nō
ab homine accepisse laetauerat sed ut p̄sēdāp̄lo: os obstrueret. Salatas cōt̄
firmaret eadem esse que ipse et certi apostoli p̄dicassent.

Ecclesi⁹.

¶ Qd reuerend⁹ pater articulū Joban: vñl de obediētā eccl̄astica p̄misit
alteri articulo de opib̄ humanorū actuum auctoritatē Grego: Arimē qui per
omnes vñuersitatis defendat. quē adhuc in eo loco in nulla vñuersitate q̄uis
in plurimis fuerim auditi defensum. petit tñ a me ut p̄bem ei cōciliū nō posse
errare. nescio quid sibi. dicit ista perito an tacite landabile et Lōstantiense cons
cilium velit h̄re suspectū. hoc dico vobis reuerend⁹ pater si creditis concil: legitime
cōgrega: nō errare et errasse estis mihi sicut ethnicus et publicanus. Quic̄ sit bes
reticus in p̄fita non discutam.

¶ De Chrysosto: non vñl eius expulsiōnē se iustificasse sed ordinationē ep̄os
a Niceno et illo in liturā laudasse p̄s et mihi p. s. Chrysost: reuerētia. Et semp
Bo: pontian dñversis nationib: dñversos p̄misit rūt̄ modos ep̄os eligēt̄ tamē
ex Grego: Nazan: et Chrysosto: restituto satis liquet interuenisse auctoritatē
Bo: ponti: 18 l. Behanalius Alexandrin⁹. s. Paulus et alii orientalis eccl̄: ep̄i
restant. qui se ad Bo: pon: p̄ restitutis p̄tulerūt. Qd su aplis quoq̄ quid bus

mane fragilitatis fuisse assignat nouimus. sed cum publico fungerent officio
absq; iudicio et causa tam sanctis viris non est detrahendum.

¶ De platyna dicit se recipere eius histore auctoritatē et ego neq; auctoritatē
ex platyna adduxi sed historiam. ¶ Ad Innocen:ep̄kōm r̄sider eā nihil facere
ad p̄positū qd de latina illū probat eccl̄ia et non de alia. Sed qd hec est glossa
Lutherana nulla auctoritatē fulcita vel p̄suasiōe ea facilitate p̄tēto qd adducit.
¶ De zo: annis r̄sider me fuisse opponētam triduo. deberem vñq; fuisse nisi
reue: p̄ suis cauteles altq; sc̄issim ex opponēte r̄sidentē non em hoc oponit
argumentū. sed ipse posuit. et certe cathedralē illam Petrus non secum sumpsit
ad Romam sed p̄matum transtulit.

¶ De vbo pascere vult dimittere Grego: Ambro: Chrysost: Quia simplex vers
bū nō debeat equinocti. dico quis hoc ignorat verbū pastoris esse nomē offici
en bonoris et etiā oneris. Usi et platiōis accepit officiū et simul pascendi onus.
¶ De p̄altō nō recipio allegata p̄ reueren. patrē qd nec Ch̄ris sicut ipse semp
Inheret literē p̄ditionē unxit pasture. nam sic error confirmaret Hussiticus qd
non existens in charitate non ep̄scopus prelatus pastor: r̄t.

¶ De ca: significasti de electōe sc̄lo Berlonē et alios do: t: p̄oderare in materia
an p̄cellū sit supia papā. sed qd verba decretalis nō sunt adducta. nihil possum
dicere. sed cōjicio nolens me buc allegare p̄tālē p̄ditionē accepisse p̄ q̄litatē.
¶ De Paulo qui p̄matū Petri nō agnouerit sed fuerit apl̄us Ch̄ri. oēs su
mus Ch̄ri ut arbitror et Petro p̄matū nullibi abstulit regimintis. sed et moris
turus ut in ep̄la de transitu apl̄or scribis Petru valedixit ut caput eccl̄ie que
ep̄la an sit b. Dionysij vel minus incertum habeo.

¶ Paulū dixit vicariū Ch̄ri sed non gñalem. nam etiā in Apocalypsi ponunt.
duodecim funda: eccl̄ie. et tamē fundamentū aliud sc̄z principale Nemo ponere
potest. qd quod positum est sc̄z Ch̄ristum.

¶ De sc̄do dixit nō esse ad p̄positū an Petr⁹ sit petra et est totū negotiū nostrū.
enī solutionē p̄tiale p̄ me data ad quā me retulit ipse retulit cū expressum sit de
lia Paulū im̄p̄bare contentionē. sed nescio qd ingenio reue:p̄ arbitref p̄terea
Paulū negasse p̄natū. ut tolleret schisma. forte non fuit in p̄uincia que caruic
p̄cipite. fuisse enim p̄lū expt⁹ quot dissensiones p̄renses et dissidia emergunt. vbi
nō est p̄nceps et caput int̄ causas diuidicans et agnoscens. Et mirabile videt
si tam paucis v̄bis sc̄z apl̄atus et regimis tm̄ velum soluere auctoritatē. pris
cipia in quantitate sunt minia. in virtute maxima. Si Be:pater illa duo minuta
vocabula apl̄atus et regis capitib⁹ p̄ncipalib⁹ et secundarij attēdissit. dñdū pug
nates ut libi videt sacre scripture et sc̄dō patrū sententias reconciliasset. quib⁹
neglectis necesse est exoticā et aliena sequi dogmata.

Die Julij Octua. Martini.

¶ Ad auctoritates a me inductas Pauli ad Corin: et ad Galatas egred: d. d.
more suo nihil r̄sideret nisi qd ingeminat p̄cellū Constanti: et Hussitas. p̄ que non
soluant mihi auctoritates. Nā sicut dixi p̄cellū Nicenū alia statuit legē sacras
titus et celebri⁹. Ideo quanto ille nūt̄ sno tm̄ ego meo et dico sicut hec i dixi qns
tūlber alleget p̄cellū nondū habet ius dñmū. de qd solo questio est. Ideo p̄cellū
¶ Sc̄do ut eluderet auctoritates poti⁹ qd solueret aduexit (nihil ad p̄positū.
distinct: apl̄atus et administratiois. que qd hūano arb̄itrio est regta. neq; in sa
cris līs. neq; in s. p̄fīb⁹: eas inter p̄tantib: habet. nō sum p̄tent⁹ eā mībi esse red
ditā. p̄sertim qd apl̄at⁹ nō vt ipse cū suis sentit dignitatis nomē sit. sed officiū.
vt clar⁹ est apl̄us ad Bo: et vñq; vñi si dicit accepisse ḡfam et apl̄atu ad obes
diendū fidei. Est em̄ apl̄us nūci⁹ vñi. et apl̄atus seu ap̄le officiū vñi et sic in
sacris līs apl̄atus sine administratio fere idē erūt. nūli administratio apl̄ica.
fato: qdē si ista p̄mittat libertas singēd singēs et ego sanctū Iohā: esse cās
cellarium et aliū apostolum aliud esse. sed hec omnia non sunt iuris diuīnū.

απ̄στολ
λη

Euangelist ḡ principiū illud qd̄ ministrū in quantitate faciat. et satis admītror: qd̄
dñs egregius sacras literas ita exhibet. et faciem eorū fugit diuertens in istos
cunctulos humanitatis inuenit. Postde adhuc stat auctoritas ad Corinthi
pro schismate tollendo Paulus tollit psonam Petri. Pauli. Apollo r̄. et solū
Christum relinquit. sibi relicto ministerio duntarāt verbi. qd̄ est vere aplatus
et administratio ecclesie. Nec valet qd̄ hanc robustissimā auctoritatē voluit diss
soluerē frigida ista similitudine. qd̄ p̄uincia sine capite expostra sit schismatib;
et periculis multis. nam non dabitur ecclesiastice capite. quidā dabunt multi
Episcopi sine papa. quēadmodū videmus fieri in federib; vbi eo pulchritus ad
ministrant respub: quo minus habent cōmune caput. nam hoc est ad oculum
qd̄ regnū Francie. Anglie. Bretanie. Gallie et infinito in mundo sunt sine cō
muni capite. et tamen non collidunt quolibet regno suo rege contento. Quod
si in hs epalib; fluctuantib; tot diversis ingenib; et morib; hominē non habentis
bus neq; in celo neq; in terra cōmune caput stat pax et concordia terrarum
quanto magis id fieri potest in spūalib; rebus cōstantissimis hoc est vna fide.
cadem charitate. eisdem moribus preditis homib; Deinde cōmune caput
In celo habentib; sicut apostolus dicit. Una fides vnum dñs ad Ephe: Quare
si decem essent pape si mille essent pape. non Ideo schismata starent. quare peto
adhuc d.d. velut auctoritatē Pauli melius soluere similiter et illā ad Gala: deus
psonam homis r̄. vbi Paulus reūcit quidquid in petro et apostolis psonatū
esse potest. seu qualificatū ut dicunt. nondū est tacta nedium soluta quibus ut
finiam disputationē addo et illud qd̄ Paulus. i. ad Corinthi: z. describens cor
pus ecclesiasticū. primo loco apostolos. scđo ipheras. tertio Doctores et fere
postremo loco gubernatōes. quas d.d. administratōes vocat: recenset. Si ḡ
primitus Petri tanta res et tam necessaria esset iure diuino. Insufficenter des
cripsisset Paulus ecclesiam. ut qui principaliſſimū qd̄ in ea est omisit. Insup
et hoc adhuc stat qd̄ nec Petrus nec eniueri apostoli. Datib; ordinare potius
erunt actuū. i. Nec et administrationē dare. ideo So: pontifex plus sibi ars
rogat administratiōis cōferende p̄ totum orbem. quā in suo p̄cessore apostolo
non inuenit. Similiter sentit de ordinatiōe Pauli et Barnabe actuz. spūs. s.
non Petrus aut ecclesia segregauit. Idem gloriatur nō immixto se nihil acces
pisse ab apostolis magnis. Immo ad Corinthi: scribens. dicimus nihil minus se
fecisse certi apostolos. Sed et illa auctoritas adhuc Petri arctius stringit
qua scribit ad Gala: qui opatus est petro in apostolatu circūcisidōs. Opatus
est et mihi inter gentes. et infra. Dederūt mihi debras et Barnabi societatis ut
nos in gentes ipsiāt in circūcisionē. tantū ut pauperi memorē sumus. Qua
auctoritate si vellem nisi non posset d.d. cogere aut vllis hominū apostolatū
Petri latiorē esse qd̄ in Iudeos iure diuino et p̄ hoc omnes auctoritates quibus
intitulit. pasce oves meas r̄. et tu es retrus r̄. referendas esse ad terminos sui
apostolatus. quē ad modū Christus clare. Johannis. 10. Ques gentium ses
cernit ab omnibus Istr. dicens. habeo adhuc alias oves que non sunt ex hoc
ouili. et in fine qd̄ et d.d. h̄eti tetigit Apocalyp: 21. describit Hierusalem noua
cum duodecim fundamēntis p̄ier illud fundamēntū capitale Christus. et tū
sibi nihil differentē ponit in terrena fundamenta duodecim qd̄ oīo faciendū erat
si tantum erat de p̄imatu Petri sentiendū. ad hoc idem valent plurime figure
in scripturis. ut duodecim boves. 3. reg: 4. maris enet. item duodecim Leonis
cullib; omni Salomonis. duodecim lapides Jordanis et similia. In quib; omis
b; pro: sus om̄imoda equalitas om̄i apostolor̄ descripta est. Nec potest vlla
inequalitas in p̄partū p̄bāt sine diuino. Hec sint dicta pro ista cōclusiōe quā
ego v̄l; hoc die verissimā credo. Immo certe sclo. nec spero posse eam vñq; cō
uelli. Quare rogo d.d. egre ex quo nullā adhuc posuit auctoritatē dūmūtūris
pro sua sententia. saltem dissoluat aliquas clare et sine diuerticulis. aliquæ

¶ Sexto ad auctoritates Pauli qđ lex ppter transgressiones posita est et auget deliciū. dicit nihil esse ad p̄positum et me diuerticula quiescere. adducēt Aug: contra faustū lib: zz. peccati esse dictū vel factum contra legem dei. Nescio quid velit d. d. non est hic disputatio quid sit peccatum. Ideo superfluis verbis hoc temp⁹ pditum est. Scopus iste versat qđ auctoritate Pauli timor seruile nō possit esse nisi p̄ctū. et auger p̄ctū p̄ virtutē legis si desit gratia. Et sic auctoritates Pauli non sunt diuerticula. sed fulmina conterentia suā d. d. v̄sc̄ ad puluerē. nō ḡ ego ex hoībꝫ: angelos facio oblit⁹ fragilitatis sue qua nō possunt nisi malū facere ante gratiā. ¶ Qđ conuersione filii pdigl factā dicit templatiōe pene: nego. ad p̄bationē qđ nemīne haberet qui eū filius satiarer. dico nisi int⁹ fu: illet tractus et in se queritus. pottus fame mortu⁹ esset qđ recidisset. vt stet sentētia. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eū. ¶ Qđ August: dicit verba eius fuisse verba p̄fiam meditantis nondum agentis. spero qđ p̄ me faciat. qđ meditari p̄fiam p̄sertim medullit⁹ in corde sit certe incipere p̄fiam. ergo illud nondum agentis oportet de perfectione ad extra intelligi.

¶ Idem ad Basiliū dicet. ¶ De verbo Jobannis bap: dicit euādicām esse solutionē qđ dixerim aliud esse p̄fiam docere. aliud incipere. Bñdeo Salua res uerētis egred. docet non videt Paulū intelligere vecrūtū legis cognoscere.

Liber secundus
Scholasticorum
in Prologum

¶ Lex enim docet quidem sancta iusta et bona, sed sola gratia. Incepit factus et perficitur. Ergo etiam si Johannes timore docuissest esse initium penitentie non ideo sequitur penitentia incepere a timore. scilicet si insinuat quodlibet bonum opus per terrores et minus. non ideo incepit opus bonum a timore et minus sed a charitate.

¶ Indignat quod Aristotele et obsecratur in scholis theologicis quem tam non acceptarunt. fateor: minus est quod ut valeat in theologica schola cum seductor fuerit scholasticorum doctor. sed satis facere volunt conclusionis mee. quod contra sacramentum Aristotelem desipunt qui penitentia a timore et non libera voluntate incepunt. Nam distinctione de libero arbitrio et inducendo transeo. non enim vex est quod liber arbitrius vnde cogitat ad bonum. aut cogit etiam possit. Si autem cogitur in diversa rapitur. et coactio sui odit. sola autem gratia trahitur hoc est vere liberum efficitur. Augustinus contra Julianum lib: 2. et in multis locis.

¶ Ubi Christus dixi vocasse apostolos et Magdalena blando tractu. contra operem ponit Paulum vocatum esse durius et in Evangelio iussum esse seruum ut corporis seruit intrare. Primum satis admiror. quod cum nos exemplum Pauli soleamus adducere. pro defendenda gratia. ipsi nobis elabuntur dicentes hoc esse miraculosum factum et non facere regulam. hic tam ergo dicitur. quasi non pro miraculo habens pro regula inducit. sed hoc dimittit. Dico non potuisse Paulum intus ex corde converti nisi trahente gratia. ut beatus Augustinus contra epistolam Pelagia: docet gratiam dei facere ex nolentibus: ac resistentibus: volentes et sequaces. Ita et illud in Evangelio: servus quod seruum potest appellare verbo sed nisi dominus libenter nihil sequitur.

¶ Ad illud Augustini intelligentiam seruilem timorem in verbo Salomonis Initium sapientie timor dicit et illud glossa Psalmi 10. Verus iustus sanus est conversionis ad deum. Bespodeo si acquisit gratia alioquin seruilem timorem sine gratia (neque enim Augustinus excludit) non operatur nisi iram. oportet enim quod Augustinus non pugnet. sicut vere non pugnat. cum Paulo damnante omnia que sunt extra gloriam glossam super illud 1 Cor: 8. non accepistis spiritum seruatus in timore. dicentem. esse seruilem timorem bonum potius reuocarem. tanquam exp: esse contra textum loquenter apostolus enim dicit. Non accepistis spiritum seruatus in timore damnans eum. aut dico. quod glossa textum non exponit.

¶ Illud apostoli ad Timothoem argue coram officiis: ut de ceteri timore habes aut dicitur ad seruilem timorem adaptantur. quod reliquo. ego de filiali timore accipio donec alter probet. quod autem Augustinus magistro rectante libro dicit timor servilis est cum quod timore gebenne continet se a peccato. quo penitentia iustificis quod penas metuit. et. Continet inquit se a peccato externo tantum. intus tamen auger odium iustitiae gebennam dominantis. et infra. bonus est timor et utilis licer et insufficiens quod paulatim fit consuetudo iustitiae. hoc est meo iudicio consuetudo desperandi et ostendendi deum si excludatur gratia. verum autem est si inclusus datur gratia. Non est ergo necesse ut deum aliam solutionem nisi dicitur. ergo primus habuerit sanctos prius loquutus de seruilem timorem exclusa gratia. aut charitatem non habere negotium in expellendo timore seruilem. Quare que consequenter induxit de expulsione timoris de iustitia sapientie. et quod expellat charitas timore successum et augmentationem gracie. ex precedentibus: satis intelliguntur. Supradictum est robustissima auctoritas Matth: 10. quam vnam sufficere putat. Nolite timere eos et. sed timete eum et. ideo non esse seruile timore damnabile ad quod Christus nos inuitat. Videamus primum si hoc vult dicitur. id est precedentibus: ubi timor seruile insufficiens dicitur. ideo eque absurdum est dicere Christum nos docuisse insufficienciam. Dico tamen ego non esse ibi seruile timore dicitur. quod et filialis timor timer offendere deum et separari ab eo. Atque etiam si de mero seruile timore loqueretur nondum intelligitur exclusa gratia. immo inclusa. cum teste apostolo et Augustinus: omnis lex et doctrina sit litera requiringens spiritum.

¶ Consensit etiam scholasticos vere dicere proportionem non valere extra charitatem

tem. sed non cōfutauit. stat ergo eos ipsorum auctoritas contra eos. nisi cōfuteret
contritionē in charitate esse id quod a charitate incipit fieri.

¶ Illud Augustini bene placet quod timor est medicamentum. charitas sanitas.
timor sc̄z in charitate imperfecta et charitas perfecta.

¶ Rationē illam ex Dionysii sumptam de timo. medio et summo dicit me trans
ſuisse et non aperuifis quod sit mediū inter peccatū imū et charitatē sujaciē. fateor
me libenter tranſisse ut qui crederē ipsi dīo doctori satis esse p̄spectram hāc raſ
tionē nihil esse ad p̄positum. Dionysius enim loquitur de ordinib: infinitis. medīus
et summis at ego proīlus nullū habeo medium inter p̄ctū et ḡam. Sicut nec
Celsus quis dicit. Qui non est mecum cōtra me est. et iterū. aut facite arborē bonā
aut facite arborē malam. sed et ipsam dīo credo id ipsum afferere. quod gratia et
peccatū apud Scholastīa immediate opponunt. Non accipit dīo. quod gratiam
dixi p̄uenire amōre et timore nisi loquar de gratia p̄ume motionis. r̄ſideo ego
cum apostolo et Augustino sentio. quod n̄s lex diligat (. quod est charitatis et nō p̄ume
mōtōis.) non bene vivit. ergo nec deus timet nec colitur.

¶ In fine instruit aduersus me conutū syllogismū aut Ambro: Gregor: alijq̄
repugnant dictis apli vel non. si sic quod ostendā. si non vt stem eorū sententie.
Ridicolo et p̄ mediū tranſeo non repugnat dictis apli. et tñ eoū sentēte. nō aut
Ecclane intelligentie. timo errō. non enim excludunt charitatē a timore sive ser
¶ Dicit dīo. esse cancrino more retrogradi quod dixi habita chas (nili sive filiali.
ritate mouet mente ad timorē. satis mitro sive scorpcionē sive cancrū illum cū
et gentilis ille poeta dixerit. Res est solliciti plena timoris amor quasi ignorācī
quod amor fons et caput est. omnī affectū. Ideo enim timet pena et infernus ser
uſliter quod diligit vita et voluptas pueriliter et seruſliter. Ad hunc timorē et amō
rem ext̄pandū diffundit charitas dei qua amemus aliam vitam et timeam⁹
aliam mortem. i. separationem a deo.

¶ Transiit dīo. de punctis in sermone meo signatis et de toto sermone confus
tando. dico breuiter habet calamū et papyru aggrediat eum cū fiducia videbit
an sermonē cōfutauerit. vñ se ipsum tristiter. hoc relinquo iudicio ordinando.

Eccius.

¶ Quia ob ipsius angustiam r̄ſidere non possum h̄s que reue: pater adduxit. res
fero tñ me ad iudices. me nihil transiisse neque fusile de mente predicatorū aut
doctorū legem adimpleri sine charitate. neque aliquos docuisse iſfructuosam pes
nitentia. Sed quod et timorē seruilem ad fructuosam genitā. et quod magnifico
verbo et apparatu receſſit ab hodierna solutiōe. quod dixerat sapientē loqui de tñ
more filiali. iam vero admittit loquentē de timore seruile non tamē excludendo
gratiam. quod nec textus nec sancti doctor: patiunt. Nam per sapientiā intelligentie
charitatē et ita initium esset ante initium. totus quoque Augustino non laborat quod
timor seruile cum charitate sit initium charitatis sed quomodo timor seruile
primo occupet mentem. et primo ingreditur et sic inducat charitatem quod
etiam est de mente Gregorii improbantis redditum cancrinum ubi reue: pater
et Gregorius. Scorpionē mibi adducit Res est sollicita et. Omnes ergo sancti
doctores hodie citati volunt amōre seruilem esse i. initū charitatis ad intelligē
tiā sepe datam. et quā predicatorēs solent dare de quo refero me ad iudices.

Dari: non
recessi r̄ſidit.

Tertiadecima Julij. A.D.ccccxix. hora scda.

Circa materiā conclusionū quarte et quinte.

¶ Reuerende pater quod temp⁹ nobis prefū est nimis arctū tamē tangēdo fun
dum negotiū aliqua obiter attingem⁹. illud sc̄z quod quilibet sacerdos absoluat
a pena et culpa cōtra p̄manū vñsum totius ecclesie. Et quod in sermone vulgariter
declinationē dictis. Ex nulla scriptura probari diuina iustitia aliquā penā vñ satiſ
factionē expostulare a p̄tōre. Et illis iuris quod in absolucionē sacramentali culū

Eccius.

pa remittit simulante. sed pena p̄ctō debita eterna cōmutat in tpaem. hoc q̄
quet ex sacre scripture traditioe. et sc̄tōx patrū vñ. et vt brevior: sūm exp̄sse hoc
voluit Ambrosius super Lucā Hiero:lib:1. contra Iouianū August:q:1. de
octo Dulcicū questionib: z p̄tinenter Ambro:Lu:5. testat satisfactionē penam
pcti dissolut. Scriptura est in promptu q̄m pctim Ade culpa etiā remissa p̄us
nisi in tota posteritate. quare transeunte culpa remanet pena. quā rōnem tagit
August:tract:z 4. sup Matth:z glossa. z. Regū:z. Similiter de David. z.
Re:z 4. vbi David penituerat et p̄cuserat cor eius peccati dixit valde in hoc
facto. fed peto vt transferas iniquitatē serui tui. modo pctim non transfer quo
ad culpā q̄i vt p̄pheta alt' Ania ipsa que peccauerit morte mōte. restat ergo
vt pctim quo ad penā transferat. Sic p̄ prophetā Nathan dicit David. trāstū
lit deus pctim tuū. vbi glossa Deus delictū delet sed inultum nō deserit. aut em̄
hō in se penitens punit. aut deus cū hōle vindicans punit. Et vt ad sc̄tōs pa-
tres ventamus a quib: vñus et praxis ecclie p̄ncipaliter ab aplis derivatus
est Nam pumo nullū pctim manet impunitū z pena est ordinaria culpe quas
rōnes tangit August: z refert Gratianus (.sicut p̄mis de peni:dist.7.) Nam
deus malū fieri non patere nisi illud p̄ iusticiā ordinando melius stare in mōdo
faceret. Inquit ergo August:lib: de penitente medicina. Non sufficit mores in-
melius cōmutare z a factis malis recedere nisi etiā de tñs que facta sunt satis
fiat deo p̄ pñtie dolore in p̄ humilitatis gemtrū. p̄ contritus cordis sa cristiū. Elez
mosynis coagantib:z. Non em̄ dictum est vt tñs abstineatis a pctis sed et de
peccatis inquit deprecare dñm vt tibi dimittant z. Sed strenue:p̄ sicut in Be-
solutorio z alias meo quidē sensu facere n̄itetur satisfactionē illā fieri ecclie sed
deum talem penā nō requirere. et quā deus requirat hō nō auferat. Cōtra ego
oppono P̄imo q̄ August:in Ench:i: inquit c:7. loquuntur de orōe dñsca. Delet
officio hec ō. minima z quotidianā pctā. delet z illa a quib: vita sc̄lēlū sc̄lē
lerate gesta sed penitendo in melius mutata dñscit. Ubique cōstat orōem dñsca
delere venialia z etiā mortalia non quo ad culpā sed quo ad penā. q̄i penitēdo
mutata que mutatio August: intelligi nequit nisi de mutatione pene eterne in
tpalem. Eos qui fuerūt a quadrigentis annis non adduco. huc wilhel:part:
wilhel:altisido: qui id pleno ore affirmat. Accedat Therapius in ep̄la ad fidum
vbi sic sit. Legim̄ liras tuas chariss:frater quib: significavit de quodā p̄cibys
tero Victore q̄ ei aīq̄ plenā p̄nitētē egisset z dñs deo in quem deliquerat sa-
tisficeret. temere Therapius collega p̄ propere pacē dederat. hic s. Cyprianus
non dicit v̄ctorē ecclie non satisficer. sed dñs deo. Idē Cypriazad Cornelii
papā de hereticis ast. Elaborant ut opus suū diaboli malitia p̄suffit. ne vul-
neratos diuina clemētia in ecclia sua curet. Diserorū p̄fiam mēdiacōp̄ frande
corrumpt. ne deo indignant satissiat. Ap̄tissime sacer martyr hereticos in-
crepat qui p̄fiam ab ecclia in iunctā existimabāt nō esse satisfactionē dei. Q̄uis
reue: pater circa modestiā sepius mihi t̄m: operet quasi scripturar̄ sanctarū
Intelligentiā non idonee tractem. de quo iudicent hodie designati iudices vter
recti⁹ de fide z sacra scriptu: sensu sentiat. att̄i quantum ego video vniuersitas
crarū scripturæ tractato: in hac sententiā descendit. Ad quid em̄ ecclia veile
imponere tale onus graue penitentib: cum dñs z caput ecclie illud non exiges-
ter? quā rōnem in annotatiōib: tetigi non tñ fuit mea sed Chrysostomi sicut res-
 fert Gracia:z 6. quest:7. can: allegat Homo. cui graue p̄dus p̄fia imponis.
aut p̄fiam reūcet aut dum sufferre nequist scandalisat⁹ amplius peccat. Des-
inde et si erram⁹ p̄fiam modicā imponentes nonne melius est ppter misericors
dīa rationē reddere quā ppter crudelitātē? Ubi em̄ p̄familias largus est dñs
pensator non debet esse tenax. Si deus benignus vt quid sacerdos vult esse
austerus: hoc p̄ confessori: Idē Homilla:z 1. ast super ep̄la ad hebreos pctim
p̄fessione minus. sed nō minus quo ad culpā. q̄i impū est vt Hiero: ast a deo
dimittit sperare renā. ergo minus quo ad penā. Addo Grego:4. moria: cap.

49. post multa ita dicit. Sed qd nullū p̄ctū de⁹ inuitū relaxat. aut em̄ nos doc
fendo insequimur aut ipse iudicādo. Restat ut ad emendationē suā semp̄ mēs
soliter inuigillet. hoc sensit et b: Hiero: verba sua transcripta sunt can: mens
suram de penitētē dist: 1. Densurā tuis in agenda p̄fita. Idecirco non satis p̄fis
gunt canones p̄ vnoquocq̄ criminē. vt de singulis dicant qualiter vñiquodq̄
emendandū sit. sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendū sit a
tūnt. qd apud deū nō tam valer mensura tuis qd doloris. Augusti: quocq̄ res
fert in can: Null⁹. Null⁹ debite grauius pene accepit venia nisi qualemq̄
et si longe mino: ē qd debeat pena soluerit. Ita em̄ simpt̄ a deo largitas misericordia
vt non relinquat iusticie disciplina. hic habet egrē: d. Carolost: Augusti: in
defensione mea adductū. cū⁹ sententia p̄sequi non est instituti nostri in p̄fita.
Accedat postremo Isido: lib: z. de sum: bono. cap: 13. quāvis p̄ p̄fiam p̄plicis
atō p̄tō sit tū sine metu hoc esse nō debet quia penitentis satisfactio diuinis
tm̄ penit̄ iudicio nō hūano. Quare p̄fita iuncta non est qd satissimē tm̄ ecclie
sed etiā qd satissimē deo. Nā et apud deū p̄ductor est pena qd culpa. vt Augusti:
testa: trac: 1 z 4. sup Johann: quib: omib: p̄ in dubitate veritate habitis fac
litter patet improbatō cōclusionis quinta. vbi dicit reue: p̄t qnēlibet sacerdotē
debere absoluere penitentē a pena et a culpa. et ita quilibet sacerdos villanus
esset in sua parrochia Ep̄fis Archiep̄fis et papa qd esse manifissime fīm p̄ter
vsum totius ecclie. nō solū adulatoři. p̄ba: primo ex ih̄s que dicta sunt qd per
absolutiōē sacerdotiale culpa delect pena manet. licet p̄mutata. deinde qd sacra
mentū p̄fie est iudiciale vt formā hui⁹ iudicij describit b. Augusti: c. z. de pens:
medici: Et ad iudicij ferendū p̄tinet iurisdictio. nīl velit Anaxagoreū chaos et
p̄fusionē maximē facere in ecclia dei. Et cū iurisdictio se ad duo extendat mas
teria: in hoc sacramento habita. nam et peccator penitētē et p̄cta ipsa sunt de
materia p̄fie. et nemo negat iurisdictiōē in inferis: platis ad cōfusionē tolē
lendā esse coartatā quo ad materiā peccantii. nam hinc p̄p̄fī sacerdotis bas
bet determinatio. et qd sententia nō lata a suo iudice est nulla. ideo absoluēs non
subditū nīl facit. Sic a sibi in materia p̄tō p̄t coartari iurisdictio eadem
rōne. et i: criminū detestatiōē. qd ast etiā a sibi cōmissis non possit plenarie ab
soluere ex eo p̄tēt. qd tanta p̄tā nīl auctoritate fundet cōtra totius ecclie cōs
sensum. cui⁹ p̄x̄tēs debet hoi Ch̄siano esse p̄ regnū. nō debet tribui sed in sus
periorib: offūlū fuit p̄ maiores clericos Cyprianū Chrysostō et Augusti: pene
debitū remanere post culpā. Ideo reue: p̄t cedat sc̄tōx p̄fī auctoritatē et cons
uetudinē totū ecclie obtēget. aut cur id fieri nō debeat auctoritate sacre scrip:
conciliōx vel sanctoři p̄fī exponat.

¶ Admitto dño d. qd habeat ultimū verbū qd sic vult. Arguit autē egrē: d. d. 3
p̄cloētē meā volēs p̄bare pena requiri a deo et p̄ primo inducit scrip: Sefiz. vbi
p̄ctū Ade etiā remissa culpa puni⁹ in postterē. ergo pena remanet transē
unte culpa. Uolo dñm doce: obstrictū hoc exēplo et nō repliset nisi p̄firmet aut
sententia cedat. Si ista pena requirit p̄ p̄tō. et sūltētē sentētē est de qualibet
pena ut in serm̄ habeo p̄positū. qd pena nō possit remitti p̄ papā aut vñlū sacerdo
tē. qd null⁹ adhuc remisit mortē. infinita ḡfia penarū. m̄bō: ū. et sūltētē miseriax
que oēs p̄ p̄tō primo sunt illate. et sic p̄batō d. d. p̄bavit p̄cloētē meā ē setpaz
¶ Sc̄o qd a David trāslato p̄tō nō est trāslata tū pena. etiā p̄ me facit. sicut
et in finione eodē vulgari sequēter dixi. Quia erat pena qua de⁹ req̄suerit. ideo ne
mo auferre potuit. Si. d. d. nos itellexit me legat diligenter. ego em̄ dixi et dico
qd hanc penā de⁹ non requirat. quā papa vel hō possit soluere quā aut ipse res
quirit. (sc̄z immedie loquis.) non possit homo soluere.

¶ Tertio induxit glossam de⁹ delictū delect sed inuitū nō dimittit nīl pugnat
ē me. vñciscit em̄ siue p̄ tñm met hoīem p̄terēdo. siue p̄ eccliam emendādo siue
p̄ se tñm iudicando. Et h̄ vñlīm p̄ primū gen⁹ pene in null⁹ hoīis arbi. est sicut
ap̄t⁹. i. co: ii. dicit si nos p̄nos iudicare nō utiq̄ iudicare sa dño. cū autē iudicas
a dño corresp̄t ut nō cū h̄ m̄bō dñne: ibi clax̄ ē quō de⁹ pena req̄rat et nō req̄rat

Martini

Adduxit tñ
se velle replis
care si dñs. d
Ecclias plus
kusto r̄sideret

¶ Quarto Augustinū p Gratianū relatum q̄ deus non p̄mitteret malum fieri nisi q̄ iusticiā illud ordinando melius stare ficeret. Dicō d.d. q̄ bas et similes auctoritates ita p̄larcinat. cum nemo eas negat aut h̄rum sapiat ego em̄ hoc solum impugnauī semper. q̄ virtute clauis lactant solus penas q̄ iusticiā diuinā requisitas. hoc em̄ non credo esse verum. nec probabitur. non em̄ dixit ad Petru qd̄ ego ligō tu solues. sed qd̄ cumq; tu solueris solutum erit.

¶ Quinto illud de penitentia medicina non sufficit mores in melius cōmutari nisi etiam satissimā deo de ih̄s que facta sunt q̄ penitentie dolorem. q̄ humilitatis gemitū. q̄ contriti cordis sacrificiū. hec om̄ia ego qd̄ maxime volui semper. vt quid ergo q̄ indulgentias ista lacrant remittit? Si non sufficit mores in melius cōmutare et diuina iusticia bas requirat satisfactiones. frustra ergo gloriat d.d. q̄ non dictum sit q̄ em̄ abstineatis a peccatis. sed de p̄teritis deprecare dominū. et sic patet q̄ a dhuc nulla scriptura contra me adducta est. quanq; ego possem multo fortiores inducere contra me.

¶ Post hec addidit Augustinū in enc̄: dele omnino hec oratio minima et quotidianā peccata. delet et illa a quib; vita fidelium scelerate gesta. Sed penitentia in melius mutata rē. hoc est qd̄ dixi peccatorē post cōversionem tunc ad crucem et passiones vite scđm qd̄ d̄ns intulerit quas non possit homo soluere. et verum hec auctoritas pro me facit.

¶ Eos qui a cccc. annis fuerunt non adducit et placet. Ad Cyprianū epistola ad fidum ubi damnat Therapiū q̄ prepropere pacem dederat victori ante qd̄ plenam egisset penitentiā et dōni satissimā. Ecce inquit nō ecclesie sed dōni nō satissimā dicit victorem. Videō legat et conferat Cyprianū bene d.d. et inueniet eos etiam quos paci dedit. ant ideo datos esse paci etiā prepropere. vt cruces et martyria expeditius sustinerent. que ipse q̄ multas epistolās exponit esse penas et flagella pro peccatis a deo inflitra. quare victor hoc modo nondum satissimā dedit. q̄i ecclesie quā nos vult audire deus. satissimā. hoc em̄ habet verba Christi q̄i ecclesia debet imponere penas qd̄ dicit qd̄cūq; ligaueris et hoc modo possem admittere deum requirere penas. quas ecclesia possit soluere. q̄i pactū fecit cum illa.

¶ Altera auctoritas Cypriani ad Corinθiū: qua iterū scribit hereticos impescere peccates ne indignāti deo satissimāt. quāq; Cypriū ibi de penitentib; nō loquāt sed de hereticis. qui tanq; iusti et quasi bene fecissent excusauerāt et defenserunt se in peccatis suis. tamen r̄ideo sicut ad p̄torem.

¶ Post hec addidit rationē ad quid ecclesia vellet onus imponere penitentib; si illud dōni non exigit et longā auctoritatē allegat Capitulū. q̄ inducit omnia transēt et dico q̄ ecclesiē mandatū est ut castiget et indicet peccatores qd̄ si nō fecerit deus irremissibiliter faciet. iuxta sententia Pauli singulis adductā prima Corinθiū: 13. et sic non potest solui.

¶ Item idem Domitilla: 31. sup hebreos peccati confessionē minus. Et quo verso colligit d.d. In hūc modū nō minus quo ad culpā. q̄ impū sit a deo sperare dimidiā veniam. ergo quo ad penam admistro totum secundū predicta.

¶ Iam illa auctoritas Grego: 4. mōra: aut em̄ nos hoc flēdo insequimur aut ipse iudicando. vir aliud aptius p̄ me adduci potuit. Similiter et illud Hiero: c. mensurā admistro quod tamen Hieronymi esse dubito.

¶ Admitto rotum q̄ canones non satis presigunt. Ideo relinquo arbitrio sacerdotis. addo et ego multo magis arbitrio dei. qui solus est ponderato: sp̄is rituum et non ignarus neq; quis indicat.

¶ Placet et illa auctoritas. Augustinū: nullus. Ita impartitur a deo largitas misericordie. vt non relinqua iustitiae disciplina. p̄t p̄ me et p̄ dōni. d. valere trāsco. Et Isidorus q̄uis non sans grauis auctor in his rebus. Placet tamen q̄ penitentis satisfactionē tantū diuino pensari iudicio dictat. non humano. ergo

Multo minus remitti potest humando iudicio. et clavis p[ro]t[er]ris nō debet operari nisi p[ro]p[ter]a sit clavis scientie. que sciat quid et quantum soluat. Apud deū p[ro]ductio rem esse penam q[uod] culpā ex Augusti: concedo. salua tamē auctoritate Pauli Bo:7. dicentes. Non inuenio in me. hoc est. in carne mea bonum. cuius sententia etia est. penam et p[ro]cessu simul finiri. hec de prima p[ro]clustione sed contra alia dicte esse manifestissime falsum. et preter ipsum totū eccl[esi]e q[uod] quilibet sacerdos debet absoluere a pena et culpa penitentem. Et hoc probat primo ex dictis. i.e. ex nibilo. Secundo p[ro] ratione q[uod] sacra p[ro]fessio sit quoddam iudiciale et ad iudicium ferendum p[ro] teneri iurisdictio. Jurisdictione autē esse coartata in inferiorib[us]: p[ro]clatis ad tollendam confusione. tam in peccantibus q[uod] in peccatis. Secundo in detestatione criminis altoquin quilibet villanus sacerdos esset ep[iscopu]s arch[iep]iscopu[us] et papa. Evidet et dico duo. Primum me nescire usq[ue] in hodiernum diem an coartatio istius iurisdictionis fecerit hoc q[uod] pretendunt. secundum criminis detestatione et confusionis abla[si]onē. hoc certum est longe seculis evenisse. Nam peccata crassissima etiam resistent in maiorib[us]: curiis. que in propriis parochiis possent pulcherrime puniri si seruatus esset mod[us] q[uod] instituerunt apostoli et seruauerūt sancti patres usq[ue] post Nicenū. Illi ubi definitū est et longe post seruatum ut Dioceses nō per miserentur. et vniuersaliter penitentem in sua diocesi. De quo extat cum alijs preciasissima epistola Cypriani ad Corin[thios] Bo:pontificē. 3. Nam cum statutū sit ab omnib[us]: nobis et equiū sui partier et iustum ut vniuersalibus causa illuc audiatur ubi est crimen admissum. et singulis pastoriis: portio gregis sit adscripta quā regat unusquisque et gubernet. Ratione sui actus d[omi]no rediturus. oportet ut eis quibus presumunt nō circumcur sare nec episcopoz p[ro]cordia coherentē sua subciola et fallaci temeritate cōsidere sed agere illic causam suā ubi et accusatores habere et testes sui criminis possint et. Loquitur effi de his qui in Africā peccauerūt et ad Bo:pontif: Cor:cucurserāt. Et sic patet vtus primitive ecclesie de ligandis et soluendis peccatorib[us] cū aut ut apostolus actuum. 20. ostendit Idem sit ep[iscopu]s et presbyter. et ad Titum. 1. quelibet clavis suum episcopū habere debeat iure divino. Longe utriusq[ue] esset ad corripienda peccata mod[us]. si quilibet sacerdos in sua parochia ligaret et solueret penitentiē. q[uod] exemplū monstrauit apostolus vi. corint. 5. ubi cum Corinthiis p[ro]p[ter] spiritu tradidit fornicarum satane obsurgans q[uod] ip[s]i nō fecissent Quo vero iure. aut qua ecclesie felicitate hic modus diuino iure prescriptus et in tunc temp[or]e roborat[ur] sit sublatius visiderint alij. ego quidē negare non possum q[uod] ac oculū videmus ita fieri. Ita statuit. q[uod] tam p[re]cantes q[uod] peccata reseruent et vni anie sex vel septem pastores scđm sub et super imponant. Sed an ita debeat fieri aut expediat non diffindo. Scio q[uod] inferior tenetur obediens restringenti et vexanti quamq[ue] nullo iure diuino. Superior tamen ut dicit conclusio mea grauissime peccat. si reseruent occulta peccata sine rōnas vilissima causa. Immo adhuc dubito et quantū capio credo sine temeritate nullum occultū peccatum debere reseruari aut posse Opt[er]as audire p[ro]batōne Triās q[uod] Secundo dico ecclesia non esset ruitura si idem plebanus ep[iscopu]s Archiep[iscopu]s et papa esset. ac sola cōcordia coherentē ut Cyprianus. Et sicut vnius p[ro]p[ter]is eccl[esi]e fuit iungerent. q[uod] Primoq[ue] p[ro]p[ter] damnatus fertur articulus in Constantino: cōcilio de istis reservationib[us]: non satis curio. hoc scio q[uod] p[ro]batus fuit et reprobata ita reservatio in primitiva ecclesia et inserviōe apostolor[um]. et nūc quoq[ue] ut misera tima ecclesie experientia docet. esset utilissimus et saluberrim[us] ad coherentia peccata. et tollendā detestabilē confusionē omnia episcopatu[m]. quā hodie via demus. qua causa autē sit suo tempore mutatus transiit. Mutabilem inueniēt
mutabilem relinquo. hec in arbitrium iudicūm. hoīa transiit.

Quartadecima die Iulij mane hora septima
continuauit Ecclesi[us] preter pactum.

Eccius.

¶ Generendus pater ab initio satis gloranter pernispedit per me adducto & quasi sibi minime obstant que maxime aduersant. nam ipse voluit in sermone vulgari non fieri cōmutationē pene eterne in penam trahent. & opiniorē cōmuni contradicit quasi non possit probari deum exigere aliquam satisfactionē preter portationē crucis. et in sermone latrino collaudat dictum vulgari ultra om̄is mem doctrinā doctorū scholasticōū de penitentia datam. Rymmer thuen die hochste puer. Optima penitentia noua vita secundū glossam eius Addiderū talēm p̄suastionē ipse & pugnat: q: si auerterit se impius a iustitia sua &c. Ad nouā penam imputat quō dicitur non recordari et patet. cōclusio sua maſ infeste dicens peccare sacerdotem qui non absoluit a culpa & pena. huic errori ego dixi sanctorū patris aucto: itab: quibus ipse voluit illudere & auditores falschare quasi apud eum solū esset p̄tās interpretandi sacrā scripturā. Unde bene adduxi contra eum Augusti: Non sufficit mores in melius cōmutare & a malis factis recedere &c. ubi est liquidissimū doctrinā ex sermone allegatā esse fallam. q: noua vita non est optimā penitētā. cum non sufficiat scđm Augusti et bene etiā doctrinā illa improbab p̄ b. Ambrosij libz. de penitenc. f. Ap̄l scđm Christi magisterū docuerūt p̄siam. et infra qui em agit p̄siam non solum dñuere debet lachrymis peccatū suū sed etiā emendationib: factis operire et tegere peccata sua. Clarissima sancti p̄s verba q: emendatoib: factis agere do penitentia tegere debemus peccata. At cū auctoritates forent exp̄ressissime deum non remittere p̄ctū impunitū. confugit ad mirabilē penarū distinctionē qui enī solitus est scholasticos ob distinctionū vsum improbare. et dixit penam qua de⁹ vult p̄ctū punire non posset auferri p̄ hoīem vel p̄ papā. qđ est om̄is factissimū & p̄tāt claustrum annulatū. nam in p̄sia facta p̄mutationē pene certe hō potest soluere illam penā p̄ ipsum ap̄lē per reperen: patrē inductū. i. coru. vii. Si nos ipsos iudicaremus non vt̄z iudicaremur a dñs. quare si nos p̄ hac pena satisfacimus. deus p̄ peccato a nobis altam nō exigit. alioquin dñs p̄phetam illud qđ nos punsem⁹. si deus vellet punire. iam bis puniret idipm. Preterea. Clara fuerunt Cypriani verba Chylost: Grego: 4. Vñero: q: pena inluncta a sacerdote in satisfactionē est pena deo debita et ita vñtor: q: nō solum plenerat p̄siam inlunctā a Cypriano dicitur nondū satisfecisse deo. q: & Thesodorus in suo p̄sali. quē sequit̄ quasi ad verbum Beda idipsum testat. Quisla forte nec ī auctoress sit nec Isidorus ei satisfact. Unde quidquid dicat ore. auctoritates ostes facere. p̄ eo. tñ necessariū est q: corde dissentiat. Tū he auca toritates doctrinā eius & conclusionē subuertant. si em̄ sacerdos peccat nō absoluendo a pena & culpa. tunc Ep̄i peccassent nō absoluentes Victorē a pena & culpa. et ostes sacerdotes peccare p̄ orbem Christianū absoluentes extra indulgentias. neqz reueas in eo q: debeat crucem portare & hanc penam exigat deus. Quia ista crucis portatio nō est aliud q̄ vita Christiana. sicut ipse reueras pater docebat hoc expofuit. sed cū hoc sp̄oret de preteritis satisfacere & dñm de precari de p̄teritis. De Reservatiōe caluū conclusio mea nihil habet. tñ reseruatiōes moderatas credo esse utiles qđ etiam prelati in monasteriis explunx. fateor. ingenio me esse in voto Gersonis in consilio Constantiensi interpellatio p̄ delenda immoita reseruatiōe caluū. & portillū displicer mihi illa reservatio. sicut & dñs patri qđ haber auaritias comitem. i. pecuniarū penā annexam Ecclesiam non dicit ruitur si sacerdos in sua parochia esset ep̄us & papa. certe apparet mihi si esset illius pulcherrimi ordinis Hierarchici corruptio q: etiam esset ecclē subuenito. Sed manē in principali. q: p̄ctū non manet impunitū scđm Augusti: Grego: quare satisfactio merito tercia pars p̄sia afferit & plene p̄buit Augusti in Enchir. p̄ orōnem dñcam nos satisfacere p̄ scelerate gestis Et ut pere dixit heri reueras: pater Deus fecit pactum cum ecclē. si ecclē non

Facit deus facit. Ergo habet iustitium Scholasticorum & dilectorum qd opere
vt nos satisfacere. aut deus exiger. qd si per orationes nostras vel bona opera satis
facimur cur illud non posset fieri accidente virtute clavis quas deus non frustra
sue spose ecclie contulit. Et cum iuxta Gregorij sententiā can: de cetero. z. q. 7.
alijs epis. opt sunt vocati in premis sollicitudinis papa habet plenitudinem pratis.
qd indulgentias ab eo datas satis sit poene p peccatis debite. solutione ex thes
fauro ecclie facta. vt post Sextum declarauit papa modernus pcpplendo sub
pena excommunicationis ita doceri. teneri. & predicari quare si reuerent pater contra
doceat. predicet vel displicer tam est anathemate peccatis. Placuit tamen mihi qd
ultra clavem pratis hanc posuit clavem discretiōis. cum tamen plures claves ptra
scholasticos docto: neger. Conclu: 7. resolutio: 7. hec volui omnino adhucere ut
futuri iudices aprius intelligerent que nostra esset controversia in hoc puncto.
qm si reue: pater stat sententie docto: per me allegatorū non aduersabist nec
Scholasticis nec predicatorib: nec mihi. quare si voluerit etiam sententia sua
pro informatione dñi: iudicium poterit clarius exprimere.

Apartinus.

¶ Ad istas nentias et ineptias d.d. hanc fatus respondi repetit em eadē et velut
ridiculus citharedeus chorda semp oberrat eadem. Scđo scopum cōtrouersie
non artigist. non em̄ questio est an deus peccatum multū dimittat. qd satis copis
ose probauit. sed an papa vel ecclesia remittat quas penas deus exigat. de hoc
nihil probauit quod res in quo iudicio iudicium et omnium auditorū.

¶ Tertio obticuit hodie scrip: sanctas. Ideo sto in eius probatione hesterno
p:ima. ex Genesi. 30. ca: vbi probauit penas requiri a deo. quas ibi scriptura
ostendit irremissibilis. Doleo qd d.d. ita profunde penetrat scripturas sicut tips
pula & quas. immo videretur fugere a facie earum sicut diabolus crucem. quare
saluus reuereretis patru. pfero ego auctoritatē scrip: qd pmedio iudicib: futuris.

Eccius.

¶ Quia impacēs monachus seculis quedam addidit preter grauitatē theologia
gicam de quo integrī viri iudicent. an recte indixerim contra eum iudices ius
cicabunt. sed hanc fuisse materiā nostrā pater ex Con:4. dicere deū remittēdo
culpam remittere penam rē. hoc erat sacrum p nos voluēdū et qd prefert auctoritas
eoutatē sacre scrip: patrib: quasi ipse velut alterū oraculū Apollis sol⁹ habeat
scripturas intelligentiā. ultra sanctos patres. & apparenter inducit auctoritas
te hanc p me citatā. Dico uno. Primo me adduxisse in eum finem. vt ostenderet
cum insipius auerteret se ab iniustitia sua decim adhuc re ordari non quo ad
culpam. sed quo ad penam. qd facit p Scholasticis et predictantibus.

¶ Scđo cum reuerent: pater reflectit auctoritatē illam cōtra me qd pene iste a
deo peccato Ade imposse sine irremissibilis a papa & hoīe. verū est & fateor qd
iste sunt pene que non solum consequunt psonam. sed etiam psequunt naturā
et ergo nō est mirū qd iste pene sunt irremissibilis ab homine sed p hoc nō pbaſ
penas psonales p peccato debitas non esse a papa vel sacerdote remissibilis.
At in his remitto me ad iudices paratus mūrare sententia si me aliter ad mea
vias docuerint.

Finita sunt hcc. 14. dñe Iulij hora octaua
presente frequenti concione
auditorum.

Soli Deo honor et gloria. Anno. D.D. xx.

Contra F. Luther & D. Bodenstein:

in Lipsensi studio has disputabit positiones Eccius,

XXVII. Iunij. M.D. XIX.

¶ Nec dictis sacrae scripturæ, aut sanctis patribus, Augustino & alijs cōcordat, D. & magistrū nostrū Iesum Christū dicendo poenitentiā agite, voluisse omnē fidelīū vitā esse poenitentiā. ut & de sacramen‐
tali penitentia illud vbi idonee pōt intelligi.

¶ Et si pctā venialia sine quotidiana, tñ iustū semq̄ peccare in omni ope bono, etiā bene moriendo, negam⁹. Sicut erroneū dicim⁹, iustū manēte iusticia, peccare posse mortaliter, aut i puerō: post baptismū: alienæ voluntatis peccatū remanere.

¶ Astruentē, poenitentiā non recte inchoari detestatione peccatorū recogitādo grauitatē peccati & penæ, et qđ faciat magis peccatorē, tanquā Euāgelio et sc̄is patribus ðeratiū, non dicimus audiendum.

¶ Dicere, deum remittendo culpam, remittere poenam: & non cōmutare in poenam aliquā temporalem satisfactoriā, per canones & sacerdotis iniunctionē, in parte vel toto declaratā, vt sacræ scripturæ & v̄sui ecclesiæ repugnans, existimamus.

¶ Quelibet sacerdotem: nullo prælato dempto: suo subdito peteri, posse remittere, aut debere, pænas & culpas: ita quo prælatus non plenarie absoluens a pæna & culpa, peccet, velut v̄sui sanctæ matris ecclesiæ aduersum, non acceptamus.

¶ vi. Animas in purgatorio non satisfacere pro peccatorum poenis, a quorū culpis absolute, hic non satisficerūt: reputamus erroneū. sicut non est sine errore, qui non credit deum a morituro requirere aliam, quam mortis pænam.

¶ vii. Errat, qui liberū arbitriū hois, negat dñm actuū hois. ex eo quia ipm habeat se actiue ad malū, ad bonū vero tantū passiue sicut nō est sine errore, qui fidē quolibet criminē corrūpi, cōtra scholast. existimat. nec sine maxio errore, qui nulla contritiois habita rōne, in sola fide, quē absolui, proclāter prædicat.

¶ viii. Ex imperfectione charitatis vel fidei, in anima mortui, fieri horrorem et quasi desperationē, quibus in purgatorio afficiantur et illū horrorem ex timore mortis incurrit, quo quasi inuiti moriant, non recipimus. quia veritati & rationi contrarium.

¶ ix. Aias in purgatorio mereri maiore grām: aut eos p̄ræmia minus si alienis meritis liberentur. aut nō esse certas de salute aut suffragia nostra nolle. vt fidei nostræ & omni rationi aduersa, negamus.

Meritū positionis Christi, non esse thesaurū Ecclesiæ, ex quo dē-
cūr indulgentiæ: quia veritati & apostolicis decretis obuians: nega-
mus. sicut claves esse thesaurum ecclesiæ, imperitissimū opinamur.
Meritis quoq; sanctorū nos adiuuari pie credimus.

Dicere, indulgentias nō expedire, est error dicere itē, indulgentias
esse vicium aliquod opis, quo ipm minus valeat, error est pessimus.
Quare & hūc errare sentim⁹. qui dicit, se teneri iprobare indulgentias
quia dñs dicat: pp̄ter me deleo iniquitates, non propter peccunias.

Papam nō posse remittere pœnam, pro peccato debitā, p indul-
gentias, error. Immo erroneū est, eū nō posse absoluere a pœnis anias
in purgatorio existētes. Oim autē maxie non recipim⁹: qđ morituri,
infirmi, legitie ipediti, nō crīmina publica hñtes, indulgentiæ nō egeat

Rhomanā Ecclesiām nō fuisse superiorē alīs ecclesijs ante tem-
pora Sylvestri, negam⁹. Sed eum, qui sedem beatissimi Petri habuit
& fidē, successore Petri & vicariū Christi generalē semp agnouim⁹.
Cōtraxim⁹ quo ad fieri pōt ppositiones, & has paucas accepimus,
& q; alia ab his pendeant.

Contra nouos et veteres errores: defendet

Martinus Lutherius, has positiones sequentes, in studio Lipsen:

Cottidie peccat om̄is hō, sed et cottidie pœnitentia docēte Christo:
Pœnitentiā egite. Excepto uno nouo quodā iusto, qui penitētia non
idiget. cū etiā palmites fructiferos cottidie purget agricola coelestis.

In bono peccare hoiem. & peccatū veniale, nō natura sua, sed dei
misericordia solū esse tale. aut in puerō post baptismū peccatū rema-
nens, negare. hoc est, Paulū & Christum semel conculcare.

Qui opus bonū aut pœnitentiā, a p̄stō detestatiōe, ante dilecti-
onē iusticiæ incipi, nec i eo peccari, asserit. hūc inter Pelagianos h̄x/
eticos nūneram⁹. Sed et cōtra sacrū suū Aristotelē desipere, pbamus

Deus mutat pœnā æternā in tpałē, scz crucis portandæ cui⁹ Ca-
nones aut sacerdotes, nec statuēdæ, nec auferēdæ, habet vllā p̄tatem.
quanq; id ab adulatorib⁹ noxijs seducti, p̄sumere possint.

Quilibet sacerdos debet absoluere pœnitētē a pœna & culpa, aut
peccat. & que peccat supior p̄lat⁹, si occulta sine causa reseruat ra-
tionabilissima, quantūlibet vsus Ecclesiæ, idest, adulatōg, resistit.

Forte satisfaciūt animæ in purgatorio p peccatis. Sed quod de⁹
a morituro plus, q; voluntariā mortem requirat, vanissima temeritas
te asseritur. quia nullis modis potest probari.

Neq; quid fides, neq; quid cōtrito, neq; quid liberū arbitriū sic
p ij

ostendit se nosse. qui lib: arb: actuū, siue honorū, siue maloꝝ dñm esse
balbutit. aut non sola fide verbi, quem iustificari. aut fidem non tolli
qnolibet crimine, somniat.

viii. Veritati & rationi cōtrarium est quidē, inuite morientes, deficere
in charitate. ideoꝝ pati horrorem purgatorij. modo veritas & ratio
sit idem, quod opinio Theologistarum.

ix. Animas in purgatorio esse certas de salute sua, nec gratiā in eis
augeri, scimus a theologistis asseri. sed miramur doctissimos viros,
quod huius fidei suae rationē, nec stultæ verisimile, reddere possunt.

x. Meritū Christi esse thesaurum Ecclesiae, & sanctorū meritis iu-
uari, certum est. Esse autem thesaurum indulgentiarū. nemo, nisi fo-
dus adulator, extraugantes a veritate, et ficte quædā Ecclesiae pra-
xes aut usus, simulant.

xi. Dicere, indulgentias esse bonū Christiano, est insanire. sunt em̄
verissime operis boni viciū et improbare indulgentias debet Chris-
tianus, ob abusum. quia domin⁹ dicit: Propter me deleo iniquitates
tuas, non propter pecunias.

xii. Papam posse remittere omnē pœnam pro peccatis debitam hu-
ijs & futuræ vitæ. & quod indulgentiæ prosint non criminosis,
sомнiant secure indotissimi sophistæ, & pestiferi adulatores. non
tamen vel nutu possunt ostendere.

xiii. Romanam Ecclesiam esse omnibus alijs superiorem, probatur
ex frigidiss. Ro: Pont: decretis, intra cccc. annos natis. cōtra que sunt
historiæ approbatæ Mc annorum, textus scripturæ diuinæ, et de-
cretum Niceni Concilij, omnium sacratissimi.

¶ Subscriptas Cōclusiōes, Andreas Carolostadius aduersus domi-
num Ioannem Eccium defendet Lipsiæ, die xxvij.

Iunij. M.D.XIX.

i. Cū D.Ioan: inficiāt omnē oīm fideliū vitā, esse penitentiā, aut pœni-
tudinis indigā, Iudeus est, sub Christiana pelle. occlamās, si iustus
dei filius est, descendant de Cruce. nescitq; hāc vitā, diē crucis pferēdæ

ii. Paralogisat itidem sic. Vita fidelium, non exprimit pœnitentiā
sacramentum ergonon pœnitentiam.

iii. Ut dñi Ioannis eliciatur scientia, sustinebitur & hæc.
Omnis fideliū vita habet pœnitentiā sacramentalē. quā cōiectu-
ralibus circumstancijs ex Cypriano & Bernhardo sum assecutus.

iv. Dominus Ioānes mirū ducit, quod de pœnitentiā p̄cepta, me trā-
stulerim, ad pœnitentiā, quæ flagella et pœnas patiē, sed nō mirat pœ-
nitentiē p̄phetā, in flagella & dolores paratū, nec sese, ignorantē sese.

Dñs Ioan: O ēs iustos p̄enitere audacter negās, negat qđ cōfiteēt
ecclia. est qđq̄ anathemate p̄cussus, asseuerās iustos viæ, nō esse p̄ctō
res proprie. Excommunicatus aut̄ quomodo ecclesiam defendet? v.

Minuta peccata sunt vera, p̄enitenda, & dolenda peccata. vi.

Om̄e peccatū minutū, quod hō non iudicat, est dānabile. ideoq; vii.
non sufficit dissensus, sed accedere iudiciū oportet, q̄uis sint delicta,
pp̄ter quæ scribit. Delicta quis itelligit. Itē. Delicta mea oñde mihi.

Peccata cottidiana, quoq; nec orit̄ in terra veritas, nec cōpensatiōe
debitoq; fit remissio, mortalia sūt. Ad stupeū pensuz sophistag; haud viii.

Dñs Ioan: scholastica dogmata quadringenteis annis (stupescā. ix.)
disputata, cōtra antiquiorē veritatē p̄ducens, nouū ius cōsuetudinis
& pr̄scriptionis adinuenit, haud priori sēculo cognitū. Videlicet,
qđ, & errores, & p̄ctā possunt p̄scribi. Cauete vobis ideo patres an-
tiquiss. & tu Augustine, quod Donatistas falsis rōnibus, nō vicistis,
sed illaqueastis. hic est nouus ille tutor, q̄ noua tutela defendit ecclē-
siā. in qua, licet sint doctis. ipse tamen defensor doctior.

Deinde, Prophetæ, Apostoli, et tu Christe Saluator, cauete, qđ x.
improprietate sermonis vestri, eo subiecti sumus, quod in quolibet
opere bono, nos peccare putamus.

Liberū arbitri: ante grām p̄ spiri. S. infusam, nihil valet, nisi ad pec xi.
candū. hoc aut̄ terrenū nō credit impostor me⁹. quō crederet, si dices

Immo voluntas nostra, quæ non regit a diuina vo/ (rē cœlestia. xiiij.
lūtate, tanto citius a pp̄ inquit, iniqrati quāto acrius intendit actiōi.

Dñs Ioan: cū sua maxia suorū disputatorū p̄t̄ facere qđ in se ē, xiii.
id est, obicē & impedimentū ad grām tollere. hoc est, lapideum cor
emollire: cōtra Ezechielē, & iam pr̄dictā conclusionē Ambro:

Dñs Ioan: non videns, quomodo bonū opus sit totum a deo, & xiiij.
dei opus, ad huc scripturā, per velamen Moyſi legit & accipit.

Postremo, nemo nō intelligit eruditōne D. Ioan: in Theologia, q̄ xv.
fecit (nescio quod) cētones in Chrysopasso suo de pr̄destinatione. &
īficiaē auctoritates de predestinationē, p̄tinere posse ad opa coronāda.

D. Ioan: Bern: dicentē. Tolle lib: arb: et nō est qđ saluet, cōtra me
citās, pbatur⁹ lib: arb: eē potētiss. legit qđ, p̄ q̄. et satis dem̄fat, q̄nto
iudicio Eccliaſti: p̄uidet. facit aut̄ se oib: studiolis suspectū depuatoře

D. Io: dices, salutē ita in canonib: cōsistere, si quispiā ex lib: arb: fa- xviij.
cultate fecerit quæ iubent, Iudaizat. & sectando legem iusticiæ, suam
iusticiam constituit.

Originem tam iustæ pugnæ, in Defensiōe nostra aduersus
sus D. Ioannem ædita, spectare licet.

